



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

HISTORIA  
SPINOZISMI  
LEENHOFIANI

PUBLICA IN BELGIO  
AVCTORITATE

NOVISSIME DAMNATI

EX

AVTHENTICIS DOCV-  
MENTIS COLLECTA

GOTTLOB FRIDERICO  
JENICHEN.



LIPSIAE,  
Sumptibus JO. HEREBORDI KLOSII.

ANNO MDCCVII.



DUUMVIRIS  
PERILLUSTRIBUS AC EX-  
CELLENTISSIMIS  
DOMINO  
**JACOBO BORNIO**  
J C.

SACR. REG. MAJ. POLON.  
ET ELECT. SAXON. IN SANCTI.  
ORE SENATU ET SUMMO AP-  
PELLAT. JUDICIO CONSI-  
LIARIO  
SUPR. CUR. PROVINC. ELECT. AC  
DUCAL. SAX. ADSESSORI  
CONSIST. ECCLES. LIPS.  
DIRECTORI

CAPITULI MARTISB. CANO-  
NICO. FAC. JUR. LIPS. ORDINA-  
RIO SCAB. ELECT. SENIORI AC  
PRÆSIDI

ACADEMIÆ DECEMVIRO  
ET  
REPUBLICÆ LIPSIENSIS  
CONSULI GRAVISSIMO

NEC NON  
DOMINO  
**BERNARDO**  
**ZECH**  
**SACR. REG. MAJ. POLON.**  
ET  
**SEREN. ELECT. SAXON.**  
IN  
**SANCTIORE SENATU**  
UT ET  
**IN REBUS**  
**AD CAMERAM IMPERII**  
**FINESQVE REGUNDOS**  
**SPECTANTIBUS**  
**CONSILIARIO SPLENDI-**  
**DISSIMO**

**DOMINIS SUIS GRATIO-**  
**SISSIMIS**

QVORUM  
IN PRINCIPEM  
FIDEM CONSTANTEM  
IN REM PUBLICAM  
MERITA IMMORTALIA  
ET IN BONAS LITERAS  
AMOREM TUTELAREM  
NULLA AETAS OBLITE-  
RABIT  
TUM PERENNEM PROSPE-  
RITATEM APPRECA-  
TUR  
TUM LEVEM HANC OPEL-  
LAM IN OBSERVANTIAE  
PERPETUÆ ETHUMILLIMÆ  
TESTIMONIUM  
OFFERT.

**TUM QVOCV E SE SUAQVE  
STUDIA  
ANIMI PIETATE ET SUB-  
MISSIONE DEVOTISSIMA  
COMMENDAT**

**A U C T O R.**



## AD LECTOREM PRAEFATIO.

Fertile admodum esse æ-  
vum nostrum scriptorum  
spinofissimorum & sententia-  
rum paradoxarum, ejus rei, si  
animi præjudicio omni valere  
juslo dicere licet, quod res est,  
duo jam in *Belgia* & *Anglia*  
habemus exempla sat illustria.  
Unum est FREDERICI van  
LEENHOF, Ministri Ecclesiæ  
Reformatæ Svolensis, qui  
quantas turbas, *Cælo sua Ter-  
restri*, seu Libro Belgico de ve-  
ra Christianorum hominumq;  
a 4      omni-

omnium latitia, hujusque *Denubilatione* seu altero qvodam  
Scripto Belgico, in Ecclesia Re-  
formatorum Belgica haud ita  
pridem excitaverit, qvod in his  
& brevi qvodam *Responso* ma-  
ximam Spinozismi partem re-  
coquere, novoqve integu-  
mini involvere ausus fuerit, vel  
brevis hæc nostra, nisi eani in-  
dignam modo lectu, L. B. judi-  
caveris, *Spinozismi Leenhoia-*  
*nii Historia* Teedocebit. Præmit-  
tere huic impulsus sū qvædam  
de *ipfis Spinoza vita, doctrina*  
& *scriptis*, tum olim, tum re-  
center ipsi *oppositis*, tanto ma-  
gis ut hoc pacto via qvædam  
esset facilior ad *Historiam Spi-*  
*no-*

spinozismi speciatim Leenhoſia-  
ni tradendam, qvam post Icri-  
ptorum gregatim Leenhoſio  
oppositorum enarrationem  
succinctā, ex *Actis* iſſis Ecclesi-  
arum Belgicarum *synodis*, qvæ  
in manus noſtras pervenerunt,  
ca, quæ Historicum decet, fide  
eruere operæ pretium non du-  
bitavi. Ignosces autem, L. B.  
qvod in hac opella noſtra non  
omnia Leenhoſii παρελθούσαται  
ſed πεῶτεν ψιῦδ@ & capita ſaltim  
qvædam Spinozismi Leenho-  
ſiani præcipua fuerint indica-  
ta; cujus rei qvidem cauſam  
habui duplēm, partim qvod  
Leenhoſius crambem Spino-  
zismi jam ſatis cogniti re-  
coxerit, partim vero qvod

a 5 Leen-

Leenhoſſii errorem magis ex proprio ipsius ore & ad Articulos in iudiciis Ecclesiasticis sibi propositos Responsionibus cognolci maluerim, qvam sententiam minus recte, forte, intellectam, pro seculi nostri coethe, meis verbis ipsi affingere. Quod si tamen & hujus rei enarrationem justam ac propiorem desiderare Tibi vatum fuerit, hoc promptius desiderio huic Tuo benevolo satisfacere pro iis, qvæ Christiano homini datæ sunt, modestiæ latque charitatis legibus annitar, quo certius exin Tuus in veritatem amor & Tuus in nos affectus elucescet,

AP.

Alterum est exemplum viri  
magni nominis in Republica  
Literaria, HENRICI DODWEL-  
LI, quem paradoxam admo-  
dum de *anima mortalitate na-*  
*turali* hypothesin elapso anno  
ex Veterum qvorundam tradi-  
tionibus, perperam intellectis  
& expositis, in *Anglia* protra-  
xisse, ipsi in Insula illa qvam be-  
atissima viri summi & eruditii-  
one celebres, Dodwelli alio-  
qvin fautores, indignabantur.  
Affirmat ille audacter in scripto  
suo A.MDCCVI, Londini hanc  
in rem edito, sub titulo: *An e-  
pistolary Discourse, proving  
from the Scriptures and the first  
Fathers, that the Soul is a Prin-  
ci-*

ciple naturally mortal; but immortalized actually by the pleasure of God to punishment, or to reward, by its Union with the Divine Baptismal Spirit; wherein is proved, That None have the Power of giving this Divine immortalizing Spirit, since the Apostles, but only the Bishops, affirmat ille, inquam, hoc scripto, *Animam humanae natura esse Principium mortale, hincque immortalitatem suam non nisi ex beneplacito Dei libero & legitimorum Episcoporum benedictione baptismali post Apostolorum tempora nancisci.* Veluti vero Dodwellus necessitatem Hierarchie

P R E F A T T O .

chie Episcopalis cum singulari-  
qvondam de successione Ponti-  
ficium Romanorum primaeva,  
dissertatione, Operibus post-  
humis Joannis Pearsonii Lon-  
dini A. M DCLXXXVIII. in 4.a  
Dodwello editis annexa ; tum  
nupera sua ad Exteros, tam Re-  
formatos, quam Pontificios, de  
schismate Anglicano Paraneſi,  
qua Jura Episcoporū vetera  
eorundemque a Magistratus se-  
culare independentia omnibus  
afferenda commendantur, Lon-  
dini A.M DCCIV. vulgata de-  
fensam, novo argumēto vo-  
luerit corroborare : quam vero  
hypothesin Dod vwellianam ex  
Nostratibus Joannes Francis-  
cus

*cus Buddens*, in Academia Jenensi Professor Theologiae per celebris, A. MDCCV. peculiari qvadam de origine & potesta- te *Episcoporum* exercitatione discussit. Ac qvum altera itidem Dodvelli *de anima mortalitate naturali* sententia illi- co post partum suum, jam vi- ginti retro abhinc annis tenta- tum, qvatuor Anglorum claro- rum, *Sam. Clarkii*, *Turneri*, *Th. Millii*, & *E. Chishullii*, scri- ptis doctissimis impugnata fu- erit & confutata; & totius con- troversiae hac de re Dodvellianæ historia proxime alibi sit ex- titura: jam ut nostram de no- yi istius Belgii turbonis, *Leen- hofii*

hofii, doctrina spinosissima &  
turbis capropter in Belgio ex-  
ortis historiam perbrevem,  
propter veritatis unice amo-  
rem absqve ullo affectu con-  
scriptam, Tibi non ingratam  
esse jubeas, neque si qvæ minus  
recte vel olcitanter scripta  
fuerint, benigne & amice mo-  
neas, id qvidem est, qvod Te L.  
B. peramanter rogatum velim.  
Itineris per Belgium & Angliam  
haud ita pridem facti fructus  
qvidam hic labore est ac lucrum  
aliquid exiguum; & si merca-  
tori in exteris regionibus mer-  
caturam facere licet liberam &  
optimam: malevolorum sugil-  
lationes & insultus hoc facilius  
me

*AD LECTOREM P R E F A T I O.*

me elisurum spero , qvando  
hac uvatum veluti ex spinis  
collectione id saltem me egisse,  
qvod hominis Christiani erat,  
velejusmodi lucrum unice in  
mercatura mea me venatum,  
qvod hoministum bonis tum  
sacris literis operam navantis  
esse solet,dixero. Vale Lector  
benevole , utere , si placet , his  
nobiscum , omniaqve feliciter  
age. Lipsiæ dic XXVIII. Aprilis  
**A. M DCC VII.**

# HISTORIA SPINOZISMI LEENHOFIANI.

## CAP. I.

de

### SPINOZISMO

generatim.

S. I.



Nihil uspiam in antiquis seculis ab *Atheis* blasphemari, nihil a *Scepticis* dubii, nihil a *Judeis* in Christum injurii, nihil a *Gnosticis* vel *Manicheis* impiorum, nihil a *Libertinis* & *Antinomis* flagitiosi, & nihil ab *Epicureis* profani vel ab

Α

Amen.

Multitudo religio-  
num & o-  
pinionum  
estate now-  
stra ab u-  
noquoque  
pro inge-  
nio & libi-  
dine con-  
fitarum,

*Amentibus vesani excogitatum esse aut confictum, quod ætas hæc nostra non recixerit, & in lucem exire infortunata jusserit, non Sparthemii (a) solum, viri suo merito magni; sed & omnium hodie, qui veritatis statores & interpretes sunt ac esse volunt integerri- mi, vox est perquam que- rula. Junonem quemque fibi pro ingenio aut libidi- ne suam fingere atque hos religionem in Hydram ολυμφαλον convertere; alios ve- ro cælum in terra & Deum extra cœlum suum quærere, id est, quod hi cum Gentium*

*um*

*um Apostolo (β) conque-  
runtur.*

(a) *Controv. de Relig. Elench. App.*  
p. 622. ed. Amst.

(β) *Ex II. Pet. III. 3. οὐδὲ εἰλέυσονται,  
αἱτ, ἐπ' ἑσχάτῃ τῶν ημερῶν ἐμπεῖσθαι  
κατὰ τὰς λόιας. ἀντῶν ἐπιθυμίας πο-  
ρευόμενοι.*

## §. II.

Relatus fuit seculo proxi-  
me elapso in posteriorum  
numerum *BENEDI-  
CTUS ille de SPINOZA,*  
Ex-Judæus, Synagoga ex-  
communicatus, ac tum Po-  
liticus, tum Theologus sibi  
ipſi viſus, natus Amsteloda-  
mi d. XXIV. Nov. A.  
MDCX XII. & denatus

Benedict  
de Spinoza  
famous  
religionis  
nova  
se-  
culo el-  
apo confi-  
ctor.

A 2              Ha-

Hagæ Comitum d. XXI.  
Febr. A. MDCLXXVII:  
(<sup>a</sup>). Quem uti tum viva, quo-  
ad vixit, voce, tum scriptis  
editis (<sup>b</sup>) non modo in S.  
Scripturarum veritatem &  
originem divinam, ac Pro-  
phetarum & Apostolorum  
auctoritatem; verum & in  
DEI ipsius naturam, decreta  
& providentiam; tum quo-  
que præter cetera in Christi;  
Servatoris nostri, incarna-  
tionem & resurrectionem  
debacchatum esse multi in  
Belgio & Germania viri  
docti (<sup>y</sup>) demonstrare alaci-  
ter annisi sunt: ita Status  
Belgii summi & prepotentes  
scri-

cripta ejus spinosissima publico anathemate (<sup>d</sup>) condemnarunt.

(a) Non uni extant *Vita Spinoze Scriptores*; quos inter tamen maxime eminent Auctor *Anonymus prefationis ad opera Spinoza postuma*, qui ceteris viam pandit. Dein Petrus Baylius, vir celeberrimus, at nuperrime die XXVIII. Dec. MDCCVI. Roterodami in literatorum, si non omnium, tamen quamplurimorum, communem luctum, fato functus, in *Dictionario suo Gallico articulo de Spinoza Tom. III. edit. nov. p. 2767.* quam fusissime & auctius longe quam *Tom. II. edit.* prioris vitam ejus describens: Cui suo merito jungas F. Halmam, Bibliopolam Amstelodamensem non indoctum, qui vitam Spinoza ex Baylio

*B*elgice traductam dedit una cum demonstratione brevi veritatis Religionis Christianæ; nec non duabus Jaqueloti dissertationibus de anima & existentia Dei, Traj. ad Rhenum A. 1698. in 8. Et demum *Joannes Colerus, Minister Ecclesie Lutherana Hagiensis*, Fautor & Amicus noster astutissimus, qui novissime vitam Spinoza, una cum sermone de veritate resurrectionis Christi contra B. de Spinoza & ejus sectatores Belgice A. 1706. in 8. Amstelodami per I. Lindenbergium edidit; quæ paulo post etiam Gallice, ob momentorum ibi allatorum, & hucusque literis nondum proditorum singularitatem, produxit cura titulo: *La Vie de B. de Spinoza tirée des Ecrits de ce fameux Philosophe, & du temoignage de plusieurs personnes dignes de foi, qui l'ont connu particulièrement. Par Jean Colerus. Ala Haye, chez T. Johnson.*

son. M D C C V I . in 8. Usi sumus post Baylium Coleri nostri opera eo lubentius, quod cum in eodem ejusdem domi museo *Hage - Comitum* haut ita pridem vidimus, quo Spinoza olim usus est, & quod eum pluribus ac alii, iisque fide dignis subsidiis ad vitam Spinozæ consignandam instructum sciamus. Atque is etiam est, qui cum Baylio nos edocuit, Spinozam *Hage - Comitum* mortuum esse & sepultum; non autem *Parisii*, ceu quidam hoc *Menagiana* p. 15. ed. Belg. tradere uterque commonet, quæ videlicet eum Parisiis ex metu, ne in carcere, la bastille Gallis dictum, consideretur, mortuum dicerent. At non dissimulo, ambigua paululum esse ea de re in Menagianis verbis illa enim hæc sunt: *I' ai où dire que Spinoza etoit mort de la peur qu' il avoit eu d' être mis à la Bastille, Il etoit venu en France attiré par deux*

A 4 per-

personnes de qualite qui avoient envie de le voir. M. de Pompone en fut averti; & comme c' est un Ministre fort zele pour la Religion, il ne jugea pas à propos de souffrir Spinoza en France, où il étoit capable de faire bien du défordre & pour l' empêcher, il résolut de le faire mettre à la Bastille. Spinoza qui en eut avis, se sauva en habit de Cordelier; mais je ne garantis pas cette dernière circonstance. Unde etiam Mr. de Vigneux Marville. Tom. II. McLang. d' Hist. & de Litter. p. 320. jam monuit, qu' on a sujer de douter de la vérité de ce fait, quod scilicet Menagiana Spinozam ex metu, ne in bastillam conjiceretur, mortuum dicant. Ceterum addi his posse sunt ex nostris Christianus Kortholtus, Professor Academiæ Kilonensis libro de tribus impostoribus magnis, Sebastiani Kortholti, filii sui, cura denuo edito Hamburgi 1709.

4. item

4. item *F. E. Kettnerus*, Superintendens hodie Quedlinburgensis; dissertatione *Academica de duobus impostoribus B. Spinoza & B. Bekkero A. 1694.* Lipsiae habita; nec non *Panttheon Enthusiasticum A. 1702.* editum; in quibus vitam Spinozæ in compendium ex illis maximum partem redactam adinvenies.

(6) maxime *Tractatu suo Theologico Politico A. 1670.* in 4. in lucem exire jusslo, utpote cuius sei psum Ep. XIX. ad *Henricum Oldenburgium*, Anglum doctissimum, auctorem profitetur; quem tamen cave, credas, *Hamburgi excusum esse*, ceu quidem titulus habet; quum si memoratam modo epist. XIX. & una quæ *C. Colerus* p. 99. sqq. l. c. habet, contuleris, eum *Amstelodami impressum esse nullus dubitaveris.* Excepérunt hunc tractatum *Opera Spinoza post huma Amstelodami*, ut

A 2 itidem

itidem Cl. Colerus p. 114. sq. per-  
docet, per Jo. Ricuvertzen A. 1677.  
in 4. impressa, quibus I. *Esbica Spi-  
noze more Geometrico demonstra-  
ta*; II. *Ejusdam Politica*; III. *Ejus-  
dem de emendatione intellectus tra-  
ctatus*; IV. *Epistole doctorum quo-  
rundam virorum ad B. de S. hujus-  
que ad eas *responsiones*; & V. *Com-  
pendium Grammatices linguae He-  
breæ a Spinoza adornatum*, conti-  
nentur. Præcessere hæc omnia  
*Cogitata Spinozæ Metaphysica* in Re-  
nati des Cartes Principiorum Philo-  
sophiae, more Geometrico a Spino-  
za demonstrata, Partem primam &  
secundam, quæ cogitata A. 1664.  
edidit. Conscriptisse etiam fertur  
tractatulum de *Iride*; at quem per-  
inde ac novam suam *Pentateuchi*  
*explicationem* Vulcano ante obitum  
consecrasse, vitæ ejus scriptores su-  
spicantur. Sunt &, qui Spinozam  
libri iniqui, *Philosophia S. Scriptura*  
*interpres*,*

interpres, A. 1666. in 4. impressi; ut  
& alterius cuiusdam *de jure Ecclesiasticorum*, a *Lucio Antistio Constance*,  
*Aletophili* per *Cajum Valerium pennatum* A. 1665. in 12. editi, au-  
torem credunt; at res dubia ad-  
modum atque incerta. Id cer-  
tum est, quod *Spinoza*, antequam  
*Tractatum suum Theologico-Po-  
liticum ederet, Apologiam quan-  
dam conscripsit lingua Hispani-  
ca, prodituram sub nomine: *Ap-  
ologia pro Spinoza a Judaismo apostasie*. Exponere in ea constituerat  
rationes superstitionis Judæorum  
a se ejuratæ. At quem in illa scur-  
ritatæ potius suas contra auctori-  
tatem V. T. temere jam disse-  
minasset, hortatu svaluque ami-  
corum *Apologia ista typis quidem*  
non excusa, nihilominus tamen  
*Tractatui Theologico maximam*  
*partem, utut testius & magis frau-  
dulenter, infarcita fuit; cujus rei*  
*testi-**

testimonium nobis dedit Salomonis van Til Voorhof der Heidenen in Actis Erud. Dec. II. Tom. IV. p. 394. Habet ceterum eam, si quæ est, Spinoza laudem & inter suos gloriam, quod primus atheismum tot seculis jam particularim per Alexandrum Epicureum, Strattonem Lampacenum, Davidem de Dinant, Petrum Abailardum, aliosque inculcatum in *sistema* redegerit; hincque Baylio non inique un athee de *système* T. III. Dict. p. 2767. audiat.

(γ) Conf. §. nostrum VIII. ejusque scholium; (δ) conf. itidem §. nostrum VIII, lit. (δ) & (ε).

### §. III.

Religionis  
Spinoze  
erronee

Etenim quod ad *DEI*  
summi istius Entis, ut Philo-  
sophi

capita  
principia  
& quidem  
a) de DEO.

sophi loqui amant, naturam  
attinet, talem Spinoza, totus  
mechanicis in Cartesium  
commentationibus deditus;  
inxisse sibi accusatur Deum,  
qui duas existentiae suae pro-  
prietates primarias, casque  
æternas ac infinitas, cogitati-  
onem nimirum & extensio-  
nem (a) habeat, ita ut vi il-  
lius in hoc rerum universo  
ipse sit complexus, at hujus  
virtute totum ipse contra  
universum complectatur;  
& ea propter una tantum (b)  
in mundo sit substantia. Un-  
de naturam sive substantiam  
necessario corpoream &  
materialem, at proprietati-  
bus

bus omnino infinitam Deo Spinozam, nolentem volentem, conclamant ( $\gamma$ ) afferfingere.

(a) Duas hic Spinoze definitiones in Ethices ejus parte prima conferas necesse est, alteram num. VI, ubi ait: *Per Deum intelligo ens ab soluto infinitum, hoc est substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque eternam & infinitam essentiam exprimit; qua in definitione, si credere fas est, praeclara satis sunt omnia: alteram vero num XIV. quæ ita se habet: Preter Deum nulla dari, neque concipi potest substantia. Id quod hunc in modum demonstrat: Si enim aliqua substantia præter Deum daretur, ea explicari debeberet per aliquid attributum Dei; sicque due substantiae ejusdem attributi existentes, quod (per Prop. v.) est ab-*

absurdum; adeoque nulla substantia extra Deum dari possest, & consequenter non etiam concipi. Ex quo haec duo corollaria infert: Coroll. i. Hinc clarissime sequitur: Deum esse unicum, hoc est (per Defin. 6.) in rerum natura non, nisi unam substantiam dari, eamque absolute infinitam esse, ut in Scholio Prop. X. jam innuimus. Coroll. ii. Sequitur: rem extensam & rem cogitantem, vel Dei attributa esse, vel (per Axiom. 1.) affectiones attributorum Dei. Tollere in altera haec definitione, ejusque corollariis Spinozam id, quod in priori, seu numero suo VI. altera manu dederat, nemo non vides.

(6) Affirmat id totidem Spinoza verbis Prop. V. quæ ita se habet: *In rerum natura non possunt dari duæ aut plures substantiae ejusdem naturæ,*  
sive

sive attributi; ut & maxime Prop. XIV. ejusque corollario 1. jam modo lit. (a) recensito. Idque comprobatur per Prop. VI. quæ hæc est: Una substantia non potest produci ab alia substantia. Cui accedit Prop. VIII. ita se habens: Omnis substantia est necessaria infinita.

(y) Morus, Bredenburgius, Mansfeldius, Wittichius, Musæus scriptis suis infra commemorandis. Quibus addimus Baylium, cuius hæc sunt de absurdâ ista Spinoza hypothesi, quod una tantum in mundo sit substantia, cogitata lectu non indigna: Il est impossible (ait Diction. sui T. III. p. 2775.) que l' Univers soit une substance unique; car tout ce, qui a des parties, est composé; Et comme les parties de l' etendue ne subsistent point l' une dans l' autre, il faut nécessairement, ou que l' etendue en general ne soit pas une substance, ou que cha-

chaque partie de l' étendue soit une substance particulière, & distincte de toutes les autres. Or selon Spinoza l' étendue en general est l' attribut d' une substance. Il avoue avec tous les autres Philosophes, que l' attribut d' une substance ne differe point reellement de cette substance ; il faut donc, qu' il reconnoisse, que l' étendue en general est une substance ; & ou il faut conclure, que chaque partie de l' étendue est une substance particulière ; ce qui ruine les fondemens de tout le Systeme de cet Auteur. Et paulo post pergit : Le voilà donc obligé à reconnoître que l' étendue & Dieu ne sont que la même chose ; & comme d' ailleurs il soutient qu' il n'y a qu' une substance dans l' Univers, il faut qu' il enseigne que l' étendue est un être simple & aussi exempt de composition que les points, mathematiques. Mais n' est-ce pas se moquer du monde que de soutenir cela ? N' est-ce point

B com

combattre les idées les plus distinctes que nous avions dans l'esprit? Est-il plus évident que le nombre millénaire est composé de cent parties réellement distinctes l'une de l'autre, qui ont chacune l'étendue d'un pouce?

## S. IV.

*Qua ex hypothesi nihil aliud Spinozae antagonista consequi concludant omnes, quam Numen seu Ens istud summum, quod mundus propemodum universus cum ipsis creaturis adorat, phantasma solum esse otiosorum hominum & Deum imaginarium, qui nihil minus sit quam (<sup>a</sup>) Deus. Nam agnoscere quidem, ipsimet*

Quz vero  
ejus sup-  
posita in  
DEI veri  
naturam,  
decreta &  
providen-  
tiam de-  
baccari  
censetur.

psimet agnoscunt, Spinozam Deum seu Ens aliquod hujus universi summum, quod, ceu *Definitione* maxime *Vita Ethices* ejus videari potest, sit infinitum seu *substantia una & summa infinitis attributis constans*, quorum unumquodque est sentiam aliquam æternam & infinitam sistat ac exprimat. Nec inficiantur et iam illum hoc ipsum Ens infinitum ut rerum creatarum omnium causam universalem & Auctorem primum (3) ore scriptisve venerari. At quum Spinoza Deum res omnes necessario, sine ulla

B 2 li-

libertate, sine lege ulla & sine  
consilio produxisse ( $\gamma$ ) con-  
tendat ; & jam pari fato  
omne, quod in mundo acci-  
dit, bonum sive malum, vir-  
tus sive crimen, peccatum  
sive bonum opus à Deo ( $\delta$ )  
ejusque natura promanare  
necessum sit : indubio in-  
de nexu (,) concludunt, ne-  
que judicium, neque resurrec-  
tio, neque salus, neque dam-  
natio erit expectanda : quod  
alias necessario Deus pro-  
priam suam creaturam, non  
aliter ac infans pupam suam  
lutoriam vel puniret vel præ-  
mio donaret. Adeo tum in  
*decreta, tum in providenti-*  
am,

am, tum in ipsam Dei veri naturam Spinozam injurium esse, veritatis illi antistites & curatores (§) conqueruntur.

(a) Dubium est Spinozae antagonis**tis** hac de ejus mente & fide cù minus, quod ipse velut conscientiae stimulis convictus, & sui prorsus oblitus tacite in una epistolaram suarum confiteatur, sc̄ de DEO. aliam longe notionem habere, quam unquam ii, qui Christiani esse ac dicivolunt, habuerint. Legitur ista propria Spinozae atheismi sui confessio Epist. XXI. ad Oldenburgium : Ut de tribus illis, ait, capitibus, que notas, mentem tibi meam aperiam, dico, Eſt quidem ad primum, me de Deo Eſt Natura sententiam fovere longe diversam ab ea, quam Neoterici Christiani defendere solent. Et pergit: De-

B 3      une

um enim rerum omnium causam  
immanentem, ut ajunt, non ve-  
ro transeuntem statuo. O-  
mnia, inquam, in DEO esse, & in  
Deo moveri cum Paulo affirmo, &  
forte etiam cum omnibus antiquis  
Philosophis, licet alio modo; &  
auderem etiam dicere, cum anti-  
quis omnibus Hebrais, quantum ex  
quibusdam traditionibus, tametsi  
multis modis adulteratis conjicere  
licet. At quum Universum hoc  
terminis suis sit circumclusum,  
manifesto inde, ajunt Spinozae an-  
tagoniste, sequitur, si Deus rerum  
omnium causa immanentens est,  
cum itidem finitum esse & termi-  
nos habere; adeoque Spinozam  
terminis saltem ludere, quando  
Deum alibi dicit infinitum,

(3) Lege sis Prop. XVIII. Prop.  
XXV. XXVI. XXVII. XXVIII.  
XXIX.

*XXIX. & XXXIII. ut & Coroll. I.*

*Prop. XVI. Parte I. Ethices.*

(γ) *Conf. Prop. XXIX. & Prop.*  
*XXXIII. ejusque Corollaria l. c.*  
*Add. Wittichii Anti-Spinoza p.*  
*79. sq. & p. 82.*

(δ) Obviam quidem ire huic  
 objectioni Spinoza nititur Epist.  
*XXXII. XXXIV. & XXXVI. ad*  
*Blyenbergium, ubi inter alia: Sta-*  
*tuo, ait, Deum absolute & revera*  
*causam esse omnium, qua essentia-*  
*tiam habent, quæcumque etiam*  
*illa sint. Si jam poteris demon-*  
*strare, malum, errorem, scelerum &c.*  
*quicquam esse, quod essentiam ex-*  
*primit, tibi penitus concedam,*  
*Deum scelerum, malorum, erroris &c.*  
*causam esse. Ast si æqua mente*  
*hæc & alia ibi dicta pensaveris*  
*& una Blyenbergii ad ea responsa*

B 4                    con-

contuleris, facile carbonem sub  
cineribus subodorabis.

(8) Conf. CL. Colerus Vita Spi-  
noza, ed. Gall. p. 124.

(?) Non temperare ea propter  
sibi potuit Baylius, quin hanc in  
Spinozam censuram ferret, On  
diroit, (p. 1091. T. II. Diction.  
ait,) que la providence a puni d'une  
façon particulière l' audace de cet  
Auteur, en l' aveuglant de telle for-  
te que, pour fuir des difficultez, il se  
soit jetté dans des embarras infine-  
ment plus inexplicables & si sensa-  
bles, que jamais un esprit droit ne  
sera capable de les meconnoître.  
Neque degenerem suam de DEO  
ejusque cultu hucusque servato  
mentem prodere Spinoza timuit,  
quando omnis superstitionis, qua  
voce religionem veram sugillat,  
causam metum constituit, atque  
illam

illam felicitatem raram esse  
*Prefatione sua ad Tractatum Theologico-Politicum*, dolose con-  
 queritur, ut in Republica viva-  
 mus, ubi unicuique judicandi li-  
 bertas integra & Deum *ex suo ingenio* colendi concederetur. O-  
 mnis inde religio ejus, ut ex *uni-  
 verso ejus Tractatu Theologico-Po-  
 litico* & maxime *Capite ejus XIV.*  
 paret, duobus saltem fundamen-  
 tis, *sola justitia* videlicet & *chari-  
 tate*, hoc est, ut ne modo nem-  
 nem laedas, absolvitur. Quam  
 mentem suam ulterius, utut iis-  
 dem dolis, declarat, quando p.  
 163. *Tractatus memorati*, hæc  
*VII. fidei sue fundamenta ponit*:  
 videlicet.

I. *Deum, hoc est, ens supremum,*  
*summe justum & misericordem, sive*  
*vera vita exemplar existere*; qui  
*enim nescit, vel non credit, ipsum*

B 5                    ex-

*existere, ei obedire nequit, neque  
cum judicem noscere.*

**II. Eum esse unicum.** Hoc enim ad supremam devotionem, admirationem & amorem erga Deum absolute requiri nemo dubitabit.

**III. Eum ubique esse presentem,** uel omnia ipsi patere. Si res ipsum latere crederentur, vel ipsum omnia videre ignoraretur, de æquitate ejus Justitiæ, qua omnia dirigit, dubitaretur vel ipsa ignoraretur.

**IV. Ipsum in omnia supremum** babere jus est dominium, nec aliquid jure coactum, sed ex absoluto beneplacito est singulari gratia facere: omnes enim ipsi absolute obedire tenentur, ipse autem nemini.

**V. Cultum Dei ejusque obedientiam**

*main sola iustitia & charitate,  
sive amore erga proximum consiste-  
re.*

VI. *Omnis, qui hac vivendi ratio-  
ne Deum obediunt, salvos tantum es-  
se, reliquos autem, qui sub imperio  
voluptatum vivunt, perditos.*

VII. Denique Deum pæniten-  
tibus peccata condonare: nullus  
enim est, qui non peccet; si igitur  
hoc non statueretur, omnes  
de sua salute desperarent, necnulla  
est ratio, cur Deum misericor-  
dem crederent. "Hæc fidei dog-  
mata, addit Spinoza, ad suum ca-  
ptum unusquisque accommodare,  
tenetur, ea quæ sibi eo modo in-  
terpretari, quo sibi videtur ea-  
dem facilius, sine ulla hæsitatione,  
sed integro animi consensu,  
amplecti posse, ut consequen-  
ter

"ter DEO pleno animi consensu  
 "obediat. Nam sicuti olim, com-  
 "monet egregie Spinoza, fides se-  
 "cundum *captum & opiniones*  
 "Prophetarum & vulgi illius tem-  
 "poris revelata, scriptaque fuit,  
 "sic etiam jam unusquisque tene-  
 "tur eandem *suis opinionibus ac-*  
 "commodare, ut sic ipsam, absque  
 "ulla mentis repugnantia, sine-  
 "que ulla hæsitatione amplecta-  
 "tur ; ostendimus enim, fidem  
 "non tam veritatem, quam pie-  
 "tatem exigere, & non nisi ratione  
 "obedientiae piam & salutiferam  
 "esse ; & consequenter neminem  
 "nisi ratione obedientiae fidelem  
 "esse. Quare non ille, qui  
 "optimas ostendit rationes, opti-  
 "mam necessario ostendit fidem,  
 "sed ille, qui optima ostendit ope-  
 "ra *Justitiae & Charitatis*. Junga-  
 "tur Spanhemius Elencho Contro-  
 "veri. de Relig. p. 638. sqq.

Scho-

## Scholium.

Ex Scholio itaque Propositionis XXIX. intellexisse se affirmat Wittichius Antispinoza suo p. 29. quod *DEUS* Spinozæ partim nihil aliud sit quam *Natura Naturans*, sive id, quod in se est, & per se concipitur, sive talia substantiæ attributa, quæ æternam & infinitam essentiam exprimunt ; partim quod *Natura Naturans* Spinozæ sit id, quod nos appellamus *res productas* : quod vero præsuppositum quam solidissime destruit

Bre-

*Bredenburgius* Enervatione  
sua p. 67. sqq. & p. 92. sqq. At  
non novum, sed communem hunc cum antiquissi-  
mis Philosophis, ut Cleanthe,  
Zenonis discipulo, Chrysip-  
po, Seneca, Stratone Lam-  
paceno, aliisque Spinozæ er-  
torem esse ex *Laërtio* often-  
dit quam doctissime *Witti-*  
*chius* Exerc. Theol. de *Deo*  
*mundi rectore* §. V. sqq.  
Lugd. Bat. A. 1682. cum aliis  
quibusdam edita; nec non  
*P. Baylius* Dict. suo Gall. p.  
2767. atque qui hos secutus  
*J.F. Buddeus* Diff. de *Spino-*  
*zismo ante Spinozam*; utut  
*Spinozam atheismum suum*  
*non*

non tam ex antiquis Philosophis, quam ex Francisci van den Ende, magistri sui Amstelodamensis, quum literas humaniores disceret, famosissimi ore hausisse CL. Colerus, p. 6. vitæ ejus nobis auctor sit. Nec ignorare etiam vult hoc loco Colerus cum Baylio rerum harum cupidos, filiam van den Ende unicam, non tam quidem fornicā, quam ingenio excellentem & latinam lingvam æque ac musicam scitissimè edoctam Spinozæ, haut raro, suorumque condiscipulorum, patre absente aut alibi vocato, magistram extitisse; quam

quam tamen institutionem  
amuli *Spinoza*, quod homo  
esset, cum condiscipulo suo  
*Kerkeringo*, Hamburgensi;  
in magistrum suam ingenio  
bellissimam amores sunt in-  
secuti, quos *Colerus* p. 8. sq. &  
*Kortholtus de Tribus im-  
postoribus* edit, 2. præf. lon-  
gius recensent,

## §. V.

<sup>a.)</sup> de  
S C R I -  
P T U R A  
s. in uni-  
versum e-  
jusq; ve-  
ri, & novo  
fædere, ut  
& Prophe-  
tarum &  
Apostolo-  
rum auto-  
ritate,

Atque quum paradoxam  
adeo de *D E O* hypothesin  
corde *Spinoza* tum foverit,  
tum ore manuque (<sup>a</sup>) ad-  
struxerit; nequaquam po-  
stea paradoxum viuum est  
iis,

iis, qui *Benedictum* non benedictum, sed maledictum Dei vindicem & assertorem esse volunt, qvod omnem ille *Fidei Christianæ*, *Libris Symbolicis* expressæ, normam in meræ credulitatis & *præjudiciorum*, qvæ homines ex rationalibus brutos reddant, formam (β) converterit; tum *sacrorum librorum* veritatem, antiquitatem & originem divinam iisdem, si non misellis magis, qvam *Hobbesius* ac *Simonius* fecere, argumentis (γ) impugnaverit; & demum *Prophetarum* atqve *Apostolorum* auctoritatem,

C ceu

ceu quidem eum, qui nulos  
nisi ideis & affectibus suis  
attemperatos Deos credit,  
decebat, atrocissime (δ) su-  
gillaverit. Præterqvam e-  
nim qvod tum *divina legis*,  
*Israelitis in deserto latæ, na-*  
*turam atqve usum plane (ι)*  
*invertat, et miracula admodum*  
*saltem scientiam naturalem,*  
*vel etiam sacrilegorum ho-*  
*minum imposturam (ξ) re-*  
*ferat, tum vocationem He-*  
*braorum per Mosen, ut fa-*  
*ctum mere saltem huma-*  
*num rideat, qvum gens He-*  
*braorum reipsa nullo Pro-*  
*phetiae dono & nullo propi-*  
*tii Numinis privilegio supra-*  
*gen-*

gentes reliqvas, ut (<sup>1</sup>) so-  
mniat, dívinitus beata fuerit:  
jam speciatim *libros veteris  
testamenti*, tam Mosaicos  
quam reliqvos, posteriores  
esse (<sup>2</sup>) censet captivitate Ba-  
bylonica, vel etiam Judæ  
Maccabæi temporibus a  
Pharizæis selectos; eorum-  
que decreto, at *mutilos, cor-  
ruptos & adulteratos*, in Sy-  
nagoga receptos. Quo fa-  
ctum, ut *libri isti veteris fæ-  
deris sacri*, ceu quidem ho-  
mo in Synagoga natus & in  
eadem primum enutritus  
(<sup>3</sup>) nugatur, ipsi et-  
iam Christo & Apostolis, vi-  
ris simplicibus, imposuerint,

C 2 pro

pro Mosaicis & Propheticis  
eas habentibus. Atque in-  
de etiam *libros novi fæderis*,  
veluti ab *hominibus priva-*  
*tis & simplicibus*, qvi in ipsis  
fundamentis enormiter dis-  
senserint, & nihil minus fue-  
rint, quam viri sapientes aut  
philosophi, horumq; natu-  
rali solum *judicio* vel *cre-*  
*dulitate* profectos, (\*) reſpu-  
it, ridet & lugillat; *Judai-*  
*cum* ita in Christianam Reli-  
gionem *affectum* iatis veluti  
proditurus.

(\*) Sunt hodie perquam multi,  
qui *Spinozam* non omnibus satis  
intellectam de DEO hypotheses  
fovisse contendunt; quos vero  
rogatos

rogatos velimus, ut si ad §. III. &  
IV. a nobis adnotata: ipsis non suf-  
ficiant, haut gravatim cum illis  
cetera ejus hoc articulo breviter  
collecta dogmata conjungant, &  
forte latentem sub spinis colu-  
brem proprius quam antea sen-  
tient.

(β) Ita enim in *prefat. tract.*  
*sui theol. pol.* inter alia *Spinoza*,  
*Non mirum*, ait, *quod antiquæ Reli-*  
*gionis nihil manserit*, *præter ejus*  
*externum cultum* (*quo vulgus De-*  
*ummagis adulari*, *quam adorare*  
*videtur*) & *quod fides jam nihil a-*  
*liud sit*, *quam credulitas & præju-*  
*dicia*: *at que præjudicia? que bo-*  
*mines ex rationalibus brutos red-*  
*dunt*. *Quæ verba ejus liberiora*  
*passim per universum ejus Tracta-*  
*tum famosissimum reinfarcita ad-*  
*invenies*.

(γ) *Lege, si placet, Cap. VII.*

C 3 VIII.

*VIII. IX. X. & XIII.* sqq. tractatus  
Theologico-Politici, una cum ejus-  
dem prefatione pluries jam ci-  
tata.

(d) vid. Cap. Tract. Spin. II. p.  
15. 16. 18. & cap. XI. p. 139. (e) v.  
l. c. cap. IV. maxime p. 47. sqq.  
(f) v. l. c. cap. VI. p. 67. sqq. (g)  
ita enim cap. III. p. 30. sqq. tracta-  
tus sui somniat. (g) evolvas  
hic inter cetera necesse est cap. I. c.  
IX. p. 115. C. X. p. 127. nec non C.  
XII. & XV. (i) vid. C. VIII. I. c. IX.  
& X.

(x) Licet enim *libros novi Testa-  
menti*, codem cum *libris veteris  
Testamenti* modo examinare non  
audeat, quod se exactam *lingua  
Græca* cognitionem non habere  
ipse non diffiteatur; itatamen de  
iisdem C. X. p. 136. sqq. loquitur,  
ut quantum in ipso est, omnem  
iis *auctoritatem* detrahatur.

## §. VI. Pro-

## §. VI.

Prodidit <sup>3.) de</sup> imo eundem  
animum Judaicum liberius  
in revocatis, ex Manichæo-  
rum & Sadducæorum Scho-  
lis, de *Incarnatione & Resur-*  
*rectione CHRISTI*, Servato-  
ris nostri, hypothesisibus,  
qvando utrumque mysteri-  
um *méra* hominum simpli-  
cium & nimis credulorum  
*somnia* esse ipse somniat.  
Tantum enim abest, ut *my-*  
*sterium incarnationis* eu-  
verum mysterium ab Apo-  
stolo *I. Epist. ad Timoth. c.*  
*III. v. 16.* tradi, possit crede-

C 4 re,

re, ut potius *Epistola sua XXI.* ad Oldenburgium sensum in eo vel mysticum vel plane paradoxum esse quam audacissime<sup>(a)</sup> comminiscatur; *incarnationem,* ratus, *filii Dei* nihil esse aliud, quam *manifestationem sapientiae illius aeterna,* quæ uti in rebus per universum omnibus & maxime in mente humana se manifestaverit, sic demum modo quodam peculiari & extraordinario *in persona Iesu Christi* se exeruerit & pateficerit. Unde tam paradoxum visum est<sup>(c)</sup> *Spinozæ mysterium incarnationis Christi,* sensu literali

terali intellectum, ac si qvis persuaderi sibi pati vellet a Mathematico qvodam ingeniōsissimo, *circulum aliquem in triangulum aut quadratum fuisse commutatum.*

(α) Postulaverat videlicet a Spinoza *Oldenburgius Epistola*, serie, XX. ut suam de Christi incarnatione & satisfactione sententiam non amplius celaret, sed dilucide aperiret, si res suas in tuto esse vellet positas. Ad quod Spinoza jam *Epist. XXI.* id respondet, quod modo à nobis dictum fuit, *Non enim ad salutem necesse est, ait inter cetera, Christum secundum carnem noscere; sed de aeterno illo filio Dei, hoc est, aeterna Dei sapientia, longe aliter sentiendum.*

(ε) *Epist. allegata XXI.* collata insimul *Epist. XXIII.* ubi quidem

C 5 negare

negare non audet homo versipel-lis, Ecclesias quasdam recte dice-re; 'Deum factum esse hominem, quod historia incarnationis filii Dei tot tantisque circumstantiis ab Evangelistis & Apostolis sit de-scripta; at tamen expresse non minus quam audacter commo-net, sc̄, quid dicant, nescire; imo ut verum fatear, addit Ep. XXI. non minus absurdē mibi loqui videntur, quam si quis mibi diceret, quod cir-culus naturam quadrati induerit. Inde locum Johannis: Verbum caro factum est, C. I. 10. 14. non modo loquendi Europaeis, sed orientali-libus gentibus familiari explican-dum, & in Christo Deum saltem maxime sese manifestasse dicen-dum esse, Epist. XXXIII. respon-det.

## §. VII.

## §. VII.

Nec minori audacia *altis-*  
*rum* illud de *resurrectione*<sup>tum re-  
surrectio-  
ne.</sup>  
*Christi mysterium*, ceu pri-  
marium fidei Christianæ  
speciac solaminis omnis fun-  
damentum, suppositis hinc  
inde cuniculis, subruere pe-  
nitus est aggressus. Fecit i-  
stud maxime *Epistola*, serie,  
*XXV.* ad *Henricum Olden-*  
*burgium*, qva passionem,  
mortem & sepulturam Chri-  
sti literaliter, at resurrectio-  
nem allegorice accipien-  
dam scribit; qvod Evange-  
listæ, ex nimia credulitate,  
eam vere ita accidisse cre-  
den-

dentes, feminarum somniis,  
sibi decepti videantur, prout  
etiam Prophetis contigerit.  
Nec dissimulavit hanc *Spi-*  
*nōza* mentem suam jam  
*Epist. XXIII.* ubi tum Chri-  
sti a mortuis resurrectio-  
nem *revera spiritualē* ex-  
pressis verbis appellat, tum  
ex eo, qvod Christus nec Se-  
natui Judæorum, nec Pilato,  
nec cuiquam infidelium, sed  
sanctis tantummodo suis  
apparuerit, concludit, (<sup>a</sup>)  
*resurrectionem eapropter*  
*Christi spiritualiter & ad*  
*captum fidelium suorum esse*  
*exponendam.* Admiserit  
denique *eidem Epistola* (<sup>b</sup>)  
axioma suum commune,  
quod

qvod omnis de Christi Resurrectione, quæ spiritualis sit, narratio hac tantum fini literis fuerit tradita, ut nos pari modo ad spiritualem ex morte peccatorum resurrectionem (*y*) suscitaret.

(a) Non absimilem enim Christi apparitionem credit. c. *il-*  
*li*, qua Deus apparuit Abrahamo, qui vere Deum apud se pransum esse credebat, cum tamen hæc, & hujusmodi aliaæ apparitiones vel revelationes ad *captum* unice *Israelitarum*, pro Spinozæ videlicet captu, sint accommodandæ.

(b) Concludo itaque, ibidem pergit, Christi a mortuis resurrectionem revera spiritualem, & solis fidelibus adeorum captum fuisse revelationum, nempe quod Christus eternitate donatus fuit, & a mortuis. (mortu-

os hic intelligo eo sensu, quo Christus dixit: finite mortuos mortuos suos sepelire,) surrexit, simul atque vita & morte singularis sanctitatis exemplum dedit, & catus discipulos suos à mortuis suscitat, quatenus ipsi hoc vitæ ejus & mortis exemplar sequuntur.

(y) Quæ vero omnia, peculiari de veritate resurrectionis Christi sermone, quam solidissime, cum Grotio & Huetio, confutavit vir reverendus, Jo. Colerus, vitæ Spinozæ nuper præmisso; quem legisse non pœnitabit.

### §. VIII.

4.) de JURE NATURÆ,  
alijisque  
doctrinæ  
capitibus  
at per vari-  
os viros pi-  
os & do-  
ctos refu-  
tatis.

Quæ reliqua ejus sunt de JURE NATURÆ sola uniuscujusq[ue] libidine & potentia (a) circumscripto; ac inde fluente libertate qvid-vis

vis ( $\beta$ ) in Religione sentiendo  
& Regione agendi; nec non  
aliis doctrine Christianæ  
capitibus παραλογίσατε, ea a  
Bredenburgio, Wittichio,  
Musæo, Faqveloto ceteris.  
que enarrata & enervata ( $\gamma$ )  
fuere longius, qvam ut in  
stata SPINOZISM*I* speci-  
atim LEENHOFIANI,  
nuperime in Belgio, qvum  
ibidem essemus ipsimet, da-  
mnati, recensione diutius  
nos remorentur. Ut enim in  
ipsius Benedicti de Spinoza  
fœtus, tam ante qvam post  
mortem ejus, publicum in  
Belgio anathema dictum es-  
se, Stoupa & Braunii ( $\delta$ ) te-  
stimo.

stimonia, cum *Protestatione Ecclesiarum Reformatarum nupera*(<sup>e</sup>) evincunt: ita nunc, qvomodo in eos, qvos *FRIDERIC<sub>9</sub>* van *LEEN. HOF*, Minister *Ecclesia Reformatæ Svolensis*, innovato, sub seculi nostri novi initium, motu excludere non exhorruit, foetus Spinozianos tum *Synodorum Reformatarum*, tum *Ordinum* in Belgio *Prapotentium* auctoritate, paucis saltem ab hinc mensibus, eodem anathemate animadversum fuerit, iis, qui rem ignotam in nostris etiam terris, ob unos alterosve *Spinozae* affecas huc illuc-

illucve latentes, scire cupiunt, ex authenticis documentis, tam promptissime quam brevissime, sumus enarraturi.

(a) Innuit suum hoc juris naturae principium Spinoza præfatione Tractatus sui famosissimi, ubi, *Eo usque scilicet, ait, jus naturale uniuscujusque se extendit, quo uniuscujusque cupiditas & potentia se extendit; & quod nemo jure naturae ex alterius ingenio vivere tenetur, sed sua uniusquisque libertatis vindæx est.* Id quod Cap. XVI. p. 175. sqq. latius deducit, utpote in quo de jure uniuscujusque naturali & civili; deque Summarum Potestatum jure tractat; insimul tamen ostendit, jure suo naturali neminem revera cedere, nisi qui potestatem se defendendi in ali-

D um

um transfert; adeoque eos, qui summum imperium tenent, jus ad omnia, quæ possunt, habere.

(3) Defendit hanc libertatem maxime Capite Tractatus sui toties allegati ultimo, affirmans in eo, libertatem sentiendi in libera Republica salva Reipublicæ pacé & summarum potestatum jure & posse & etiam concedi debere, nec posse adimi, absque magnō pacis periculo, magnoqué totius Reipublicæ detimento. Cui vero hypothesi obviam speciatim ivit B. Musæus Diss. sua Jenæ A. MDCLXXIV, habita.

(γ) de quibus vide Scholium, quod§. huic annexere operæ pretium visum fuit.

(δ) Nam in Stoupæ libello, Religio Hollandorum inscripto, & de quo itidem scholium nostrum conferas, hæc inter cetera leguntur: *Les séctateurs de Spinoza,* ait

ait, n'ont pas la hardiesse de se produire, car son livre renverse de fond en comble les fondemens de toutes les autres Religions, & pour cela il a été condamné par une ordonnance publique des Etats & le debit en a été défendu. Idem testatur Jo. Braunius in vera sua Belgarum Religione, Stoupæ libello diffamatorio opposita: *Status, inquiens, nostri Præpotentes pesimum hunc foetum (in Spinozæ tractatum invehit) in ipso partu suo suffocatum voluerunt, eumque condemnatum publice vendere gravissimo edicto interdixerunt, quam primum modo in his provinciis in lucem editus erat.* conf. Mr. Bayle T. II, Dicq. ed, pr, p. 1086. lit, c.

(\*) Totam illam huic opellæ nostræ infra insertam leges; cuius vero de anathemate in Spino-

D 2 zæ

zæ sententias & scripta testimoni-  
um hoc est: 't Is allen kennelyk,  
hoe dat Do. Fredericus van Leen-  
hof, Predikant tot Zwolle, voor om-  
trent drie Jaren, bestaen heeft uyt  
te geven een Boekje, genaemt den  
Hemel op Aerden, opgemaekt ten de-  
le uyt de Ethica van den afgevallen  
Jood en berugten Godverlaaker Be-  
nictus de Spinoza, reets voor  
lange Jaren by de Hoge Overig-  
heyt onses Vaderlandes verboden.

## Scholium.

Qvam exosæ fuerint  
Spinozæ Hypotheses, tum in  
Tractatu suo Theologico-  
Politico, tum in Operibus  
suis Posthumis ab ipso non  
sine dolo hinc inde jactæ,  
Viris in Belgio, Anglia &  
Ger-

Germania summis & veritatis amantibus, id ex numero tot scriptorum constat, quæ Spinozæ scriptis spinozissimis magno zelo conatus fuere opposita.

A. Objurgaverat enim quidem *Scoupa, Locum-tenebris seu Lieutenant-Colonell*, in exercitu Gallorum Helvetus, non indoctus, Theologos Belgas scripto publico, quod ad ea, quæ Spinoza organierat, penitus obmutuissent. Fecit istud in libello suo falsissimo, Belgis multum exoso, quem *Religio Hollandorum* inscriptum A. 1673. Trajecti ad Rhenum, tempore irruptionis istius Gallicorum memorabilis, prodire fecit, tolerantiam in eo tot religionum sectarumque in Belgio peracerbe sugillaturus. Erat ille tempore

D 3 Crom.

Cromvvelli ; antequam armis  
cum literis commutaret, verbi  
divini in Anglia minister , & in  
Ecclesia Wallonica, quæ Londi-  
ni in loco, *the Savoy* dicto, con-  
gregari solet, prædicabat. Ver-  
ba ejus in Belgas hæc sunt : « Je  
« ne croirois pas vous avoir parlé  
« de toutes les Religions de ce  
« pâis, si je ne vous avois dit un  
« mot d'un homme illustre & fa-  
« vant, qui a ce que l'on m'a af-  
« suré a un grand nombre des Se-  
« ëtateurs, qui sont entierement  
« attachés à ses sentimens. C'est  
« un homme qui est né Juif qui s'  
« appelle *Spinoza* qui n'a point ab-  
« juré la Religion des Juifs ni em-  
« brassé la Religion Chretienne :  
« aussi il est très méchant Juif, & n'  
« est pas meilleur Chretien. Il a fait  
« depuis quelques années un livre  
« en Latin dont le titre est *In-  
« status Theologico-Politicus*, dans

le-

lequel il semble d'avoir pour,,  
but principal de detruire tou-,  
tes les Religions & particulièr-,,  
ment la Judaique & la Chretien-,,  
ne & d'introduire l'Atheisme,,  
le Libertinage & la liberté de,,  
toutes les Religions. Il souti-,,  
ent qu'elles ont toutes été in-,,  
ventées pour l'utilité que le,,  
Public en reçoit, afin que tous,,  
les citoyens vivent honnêtement,,  
& obéissent à leur Magistrat, &,,  
qu'ils s'adonnent à la vertu non,,  
pour l'espérance d'aucune re-,,  
compense après la mort, mais,,  
pour l'excellence de la vertu en,,  
elle-même, & pour les avanta-,,  
ges que ceux qui la suivent en,,  
reçoivent de cette vie: il ne dit,,  
pas ouvertement dans ce livre l'  
opinion qu'il a de la Divinité:,,  
mais il ne laisse pas de l'insinuer,,  
& de la decouvrir, au lieu quo,,  
dans les discours il dit hau-.,,

D 4      ment

“ment que Dieu n’ est pas un  
“Etre doué d’intelligence, infini-  
“ment parfait & heureux com-  
“me nous nous l’ imaginons; mais  
“que ce n’ est autre chose que cet-  
“te vertu de la nature qui est re-  
“pandue dans toutes les Creatu-  
“res. Ce Spinoza vit dans ce-  
“païs; il a demeuré quelque tems  
“à la Haye, où il étoit visité par  
“tous les esprits curieux & même  
“par des filles de qualité, qui se  
“piquent d’ avoir de l’ esprit au  
“dessus de leur sexe. Ses sectateurs  
“n’ osent pas se decouvrir par  
“ce que son livre renverse absolument  
“les fondemens de toutes  
“les Religions, & qu’ il a été con-  
“damné par un Decret public des  
“Ets & qu’ on a défendu de le  
“ve dre, bien qu’ on ne laisse pas  
“le vendre publiquement. En-  
“tre tous les Theologiens qui sont  
“dans ce pais il ne s’ en ait trou-  
“vé aucun qui ait osé écrire con-  
“tre

tre les opinions que cet Auteur,,  
avance dans son traité. J' en suis,,  
d'autant plus surpris que l'Au-,,  
teur faisant paroître une grande,,  
connoissance de la langue He-,,  
braïque, de toutes les Ceremo-,,  
nies de la Religion Judaique,,  
de toutes les coutumes des Juifs,,  
& de la Philosophie, les Theo-,,  
logiens ne sauroient dire que ce,,  
livre ne méritent point qu'ils,,  
prennent la peine de le refuter ;,,  
s'ils continuent dans le silence .,,  
on ne pourra s'empêcher de di-,,  
re ou qu'ils n'ont point de cha-,,  
rite en laissant sans réponse un,,  
livre si pernicieux, ou qu'ils,,  
aprouvent les sentimens de cet,,  
Auteur, ou qu'ils n'ont pas le,,  
*courage & la force de les comba-,,*  
tre : „ *Cui vero ut os eo fortius,*  
*ariete velut arieti adversum fa-*  
*cto, obturaret, ejusque in Belgas*  
*calumnias graviter, more suo, re-*

D 5 tunde-

tunderet, magna indignatione & plane imperterritus obviam ivit Jd. Braunius, tum Ecclesiæ Minister & Theologiæ Professor Noviomagenfis, jam Professor Theologiæ Groeninganus non incelebris, in libello A. 1675. vulgato, cui titulum fecerat : *Vera Religio Belgarum*, una cum *Apologia Religionis Statuum Generalium Belgii confoederati*. Et surrexerunt etiam tam ante Stoupæ istas objurgationes, quam maxime paulo post tum ex Reformatis, tum ex Lutheranis, tum ex Pontificiis, tum ex aliis viri undique insignes, qui scripta Spinozæ fortiter sibi impugnanda & confutanda sumserunt.

(B.) Non ultimum, sed prope modum primum inter eos locum mereri multis visus est (1.) *Joannes Bredenburgius*, civis Roteradensis, & textor, ut plures sunt in Bel-

Belgio opifices & artifices, non indoctus. Ille enim A. 1675. Roterdami scriptum, per Isaacum Næranum, in 4. edidit sub titulo: *Jo. Bredenburgii enervatio Tractatus Theologico-Politici, una cum demonstratione, geometrico ordine disposita, Naturam non esse Deum, cuius effati contrario predictus tractatus unice innititur.* Sunt, qui neminem præter hunc ingenii subtilis textorem Spinozæ hypothesis vel dilucidius expoluisse vel solidius refutasse affirmant; & qui quoque (2.) *Franciscum Cuperum in Arcanis Atheismi revelatis*, quæ A. 1676. itidem Roterdami in 4. edidit, sua omnia ex Bredenburgii demonstratione Geometrica clanculum ipsi, contra fidem datam, subducta, hauisse suspicantur; ut ut alter alterum variis postmodum libellis ipsius atheismi postulaverit;

stulaverit; de qua re legi poterunt plura apud Baylium T. III. Dicit. p. 2774. Adjutrices dein de Bredenburgio manus junxit alter quidam laicus, (3) *Guilielmus Blyenbergius*, civis Dordracenus, & honestis, ut ipse in Epist. XXXI. ad Spinozam, *Opp. Spinozae Posthum.* ait, mercaturis se a-lens, qui opusculo quadam de *Veritate Religionis Christianae*, Lugduni Bat. A. 1674. edito, Spinozam confodere allaboravit. Veduti vero decretum esset divinitus, ut δισοφοὶ τῷ κόσμῳ per τὰ μωρὰ τῷ κόσμῳ confunderentur, & qui fortes & stare erant vili, eos infirmi & ignobiles prosternerent.

(C.) Ab his laicis ad doctos inter Reformatos viros nos convertimus, ex quibus (4.) post *Anonymum*, qui jam A. 1671. sub literis initialibus *J. M. V. D. M.* Epistolam

Iam contra Spinozæ tractatum  
Theologico-Politicum Trajecti  
ad Rhenum publicabat, primus ca-  
lamum in Spinozam strinxit (5.)  
*Regnerus Mansveldius*, Professor  
Utrechtensis, qui in scripto suo  
posthumo A. 1674. in 4. Amste-  
lodami contra Spinozæ tractatum  
edito, eum merito ad æternas te-  
niebras damnandum censet. Exce-  
pit eum (6.) *Lambertus Veldbuys-*  
*sins*, qui A. 1676. prodite fecit  
tractatum moralem, sub rubro:  
*Lamberti Veldbuysii, Ultrajecten-*  
*sis, tractatus moralis de naturali*  
*pudore & dignitate hominis*, in  
quo illam maxime Spinozæ hypo-  
thesin destruere est annis, qua  
omnes actiones hominis, sive bo-  
nas sive malas, a superiori & ne-  
cessaria Dei seu Naturæ operatio-  
ne dependere supponit. Recen-  
tior est editio hujus tractatus  
*Veldhuysii*, quam *P. Baylius*, tenu-  
lo

lo ita immutato : *Tractatus de cultu naturali & origine moralitatis*, A. 1680. prodūsse, T. III. Dict. suip. 2779. memorat. Nec etiam (7.) *Salomon van Til*; Theologiaz hodie in Academia Lugduno Batava Professor, commen-  
tationibus suis in *Psalmum Da-  
vidis*, alisque scriptis eruditis  
clarus, destitit suo *Voorhof der Hei-  
denen voor de Ongeloovigen geo-  
penit*, seu *Gentium Atrio*, quod  
Dordraci, quum ibidem adhuc  
verbi divini Minister & Scholæ  
Professor esset, A. 1694. in 4. Bel-  
gice edidit, cujusque *continuatio-  
nem* A. 1696: scripsit; Spinoza iti  
*Pentateuchi*; Moysisque, divini scri-  
ptoris; auctoritatem insultus &  
eam præcipue ejus hypothesis,  
*Unam tantum dari substantiam*,  
mascule repellere. Qui Belgi-  
ce nesciunt, possunt quæ *van Til*  
& Mose, Pentateuchi auctore  
& de Deo contra Spinoza ex-  
cep-

ceptiones tractat, summatim vel dans la Historie des ouvrages des Savans de Ms. Bânage, mois de Mars l'an 1696. p. 314. vel in Actis Erud. A. 1695. p. 393. & A. 1696. p. 295. ubi atrii continua-  
tio recensita est, legere. Num  
Jo. Brauni Animadversiones in  
librum Spinozæ detestabilem,  
quas motus in Belgio bellicos A.  
1673. intercepisse in Apologia sua  
pro religione Ordinum Hollandie  
commonet, lucem viderint, du-  
bius sum atque incertus. Accu-  
ratissimam omnium & plenissi-  
mam Spinozæ confutationem ex  
viris Reformatis adornavit (8.)  
*Christophorus Wittichius*, Theo-  
logiz in Academia Lugduno-  
Batava Professor, qui A. 1690. An-  
ti-Spinosam sive Examen Ethice B.  
de Spinoza cum Commentario de  
DEO & ejus attributis in 4. vulga-  
vit; utut Auctor Vitæ Philopatri  
Wittichium, quod perpetuum  
cum

cum Spinoza litterarum commercium aluerit, eandem cum Spinoza hypothesis foviisse, eumque Anti-Spinozam suum adeo saltē composuisse nugetur, ne suis ipse Spinosista videatur; quam tamen calumniam returnat *Colertus Vita Spinoza p. 149.* sq. Nec infeliori cum Wittichio successu spinas Spinozæ evulsit vir perdoctus (9.) *Jaques* *Jacquier*, Minister Ecclesiæ Hagiensis & hodie Regi Borussiæ a concionibus aulicis, datis ses *dissertations sur l'existence de Dieu*, Hagæ Comitum A. 1697. in 4. ed. & in Act. Etud. A. 1697. p. 165. recensitis, quibus veritas illa ex universalí primæ mundi antiquitatis historia, ex Epicurei & Spinosiani systematis vanitate, & denique e characteribus divinum quid in religione Judaica nec non in propagatione Christiana esse evin-

evincuntibus ab egregie demonstratur. Quæ (10.) *Wilhelmi Deurhoffs*, Professoris Amstelodamensis, sint opera & lectiones Theologicae, quibus hypotheses Spinozæ perquam solide, ex Coleri in vita Spinozæ p. 154. sq. elogio, confutavit, ii norint, qui viderint. Accedit (11.) *Jensii Medici Dordraceni*, scriptum, quod A. 1698. Dordraci in 4, prodidit sub rubro: *Examen Philosophicum sextæ definitiōnis partis prime Ethices Benedicti de Spinoza*, sive *prodromus animadversiōnum super unico veterum & recentiorum atque eorum argumento nonne una substantia; ubi infirmitas & vanitas argumentorum pro ea evincetur: nec non quod antea jam erat memorandum* (12.) *Auberti de Vers* scriptum Anti-Spinosisticum, quod titulum habet:

E l' Im.

*l'Impie convaincu ou dissertation contre Spinoza, dans laquelle l'on refute les fondemens de son atheisme,* Amst. A. 1684. cohf: *les Nouvelles de la Republique des lettres* 1684. Octobr. p. 862. Partem doctrinæ Spinozianæ confutarunt ex Reformatis (13.) Petrus van Mastricht in *Gangrena* p. 105. sqq. & (14.) Melchior Leydekkerus in *Facte Veritatis* p. 105. sqq.

(D.) Belgis Reformatorum Doctoribus ex Anglis adhuc jungimus (15.) virum summum Henricum Morum, cuius duo in Spinozana scripta eruditissima prostant: unum est *Epistola ejus ad V. C. altera*, quæ brevem tractatus Theologico-Politicæ confutationem complectitur, paucaque sub finem annexa habet de libri Francisci Cuperis scopo, cui titulus est: *Arcana Atheismi revelata.*

Al-

Alterum est Duarum praecipua-  
rum Atbeismi Spinoziani columnarum subversio, seu duarum istarum Spinozæ Propositionum, *Ad substantiam, quatenus est substantia, necessariam existentiam pertinere, &c.*, Unicam in mundo esse substantiam, confucatio. Ul-  
tructique scriptum iasertum est Tom. I. Opp. ejus *Philosophicorum* Londini A. 1679, ed. p. 565. sqq. &  
p. 615. sqq. cum quibus una, si placet, merito conf. *Antidotum*  
ejus *adversus atheismum*. Tom. II.  
Opp. Phil. p. 27. Nec omitten-  
dushoc loco est Gallus perdo-  
ctus, (16.) *de la Methé*, Minister  
hodie Ecclesiæ Wallonicae Lon-  
dinensis, quem in tractatu suo de  
*l' inspiration des livres sacrez du Nouveau Testament*, Amstel. 1695.  
in 8. ed. occasione disceptationis  
inter Joannem Clericum & Richer-  
andum Simoniens de inspiratione li-

E 2 bro.

brorum sacrorum, suborta, Spinoza ea de re opiniones sua solide refutasse, vel ex Actis Brud. A. 1696. p. 153. intelligi poterit.

(E) Ex Augustano Confessio-  
nis fratribus palnam Reformatis  
in confutando Spinoza maxime  
fecit dubius (17.) Jo. Musæus,  
Theologæ, dum vivet, Profes-  
sor in Academia Jenensi, vir acu-  
tissimi ingenii, quoniam statim A.  
1674. in dissertatione aliqua Aca-  
demica, cui titulum fecit: *Tracta-  
tus Theologico-Politicus; ad verita-  
tis lucem exanimatus, tam solide,  
tamque maxime Spinozam con-  
futasse omnes, ad quos diffe-  
re iHa pervenit, probe sciunt, ut  
Theodorus Securus, Aucto<sup>r</sup> ano-  
nymus libri: *L'origine de l'abbe-  
risme, in alio quoddam scripto, Pra-  
esidentia Theologica interpres Ml-  
fai. Dissertationem in Belgio  
ad eo parata esse soleat. Ante-  
vid**

ivitem (18.) *Fridericus Rappot-*  
*sus, Professor Theologie Lipsi-*  
*ensis, qui in oratione sua inaugu-*  
*rati contra Naturalistas ipsis Ka-*  
*lendis Junii A. 1670. habita, &*  
*oporibus ejus Theologicis, a*  
*Jo. Bened. Carpzovio Lipsiae A.*  
*1692. ed. Tom. I. p. 1386. sqq.*  
*in exta, Spinozae hypotheses per-*  
*niciofissimas in ipsis incunabulis*  
*coepit revellere. Quidus duum-*  
*viris Colerus noster venerandus*  
*in vita Spinozae p. 145, adjungit*  
*(19.) Jo. Conradum Durmum, Pro-*  
*fessorem Altorfensem, cuius ta-*  
*mē adversus Spinozam oratio-*  
*nem laudatissimam se nondum*  
*vidisse nec ipse dissimulat, nec*  
*nos dissimulamus.*

(E.) Ex iis, qui Pontificiæ sedi  
vel mente vel corpore sunt ad-  
dicti, celeberrimus Abrincensium  
Episcopus (20.) Petrus Daniel Hu-  
occius in Questionib[us] suis Abregeatis de  
con-

concordia rationis & fidei, Cadotii  
 & Parisiis A. 1692. in 4. ed. Spinoza  
 Tractatum Theologico-Politi-  
 cum p. 77. sqq. graviter castigat.  
 Idem fecisse (21.) Patrem le Vassor,  
 ex Pontificio post ea tempora  
 Reformatum factum, in tractatu  
 suo de vera Religione, A. 1688. Pa-  
 risiis impresso, le Journal des Sa-  
 vants du 31. Janvier 1689. les Nou-  
 velles de la Republique des lettres;  
 & l' histoire des ouvrages des sa-  
 vants ejusdem anni, cum Baylio T.  
 III. dict. p. 2774. nobis restes sunt.  
 Maxime vero ex Pontificiis Gallis  
 contra Spinozam insurrexit (22.)  
 Franciscus Lami, Frater Benedi-  
 ctinus, qui A. 1696. Parisiis vul-  
 gavit: *Le nouvel Athéisme renversé,*  
 ou refutation du système de Spino-  
 za, tirée pour la plupart de la con-  
 noissance de la nature de l' homme.  
 Justum hujus scripti elogium ha-  
 bent Chevreana parte altera p. 101.  
 ejusque

ejusque recensio extat dans le Journal des Savans du 28. de Janvier 1697.

(G.) Ex Labadistis (23.) Petrus Tron, Joannis de Labadie, Ex-Jesuitæ Galli, discipulus & Labadistarum Woevvardiæ in Frisia occidentali minister, A. 1681. librum in 8. Amstelodami contra Spinozam vulgavit inscriptum: *L'impie'te convaincue.* Et quum sint, qui virum cetero-quin valde pium & eruditum (24) Petrum Poiret, Labadistis accentuant, meminisse una suo merito oportet scripti doctissimi, quod sub-titulò: *Fundamenta atheismi eversa, sive Specimen absurditatis Spinoziane, alteri Cogitationum suarum Rationalium de Deo, anima & malo editioni A. 1685.* annexuit.

(H.) Nec poenitebit harum rerum cupidos, qui Gallice sciunt,

E 4 maxi-

maxime ipsius (25.) Baylit, viri eruditissimi, in Spinozæ hypotheses præcipuas animadversiones T. II. Dict. p. 1090. sqq. ed. pr. & T. III. ed. post. p. 2775. sqq. aut Iacobi Jaquelot demonstrationem de existentia Dei, a F. Halma vita Spinozæ adjectam, vel qui praegustum falem hypothesium Spinozæ habere cupiuit F. Spanhemii *Elenchum Controv.* p. 622. sqq. legitime.

(I.) Ceterum de vita & moribus Spinoza id ultimo jam loco addimus, quod Sebastianus Kortholdus ex viri reverendi Jo. Coleri ore, dum in Belgio esset, hausit & quod in præfamine editionis alterius tractatus de *Tribus Impostoribus*, a patre suo Christiano Kortholdo conscripti, sic & prudenter de Spinoza monuit: «Professus est se, de eo inquiens, «Christianum & vel Reformatorum vel Lutheranorum cœtibus non

non modo ipse adfuit, sed &,,  
 aliis auctor<sup>i</sup> sa<sup>p</sup>er numero &,,  
 hortator extitit, ut templa fre-,,  
 quentarent, domesticisque ver-,,  
 bi quosdam diuisi præcones,,  
 maximopere commendavit.,,  
 Nec unquam jusjurandum aut,,  
 petulans de Deo dictum ex ore,,  
 Spinosæ extit; i<sup>n</sup> nec largiore usus,,  
 est vino & satis duriter vixit.,,  
 Ideoque hospiti<sup>i</sup> quavis anni,,  
 parte LXXX. aut eos Belgicos,  
 tantummodo persolvit & sum ,,  
 innum. CCCC. quotannis,,  
 impendit.

## E 5 CAP.

## CAP. II.

**SPINOZISMO  
LEENHOEII.**

in specie.

§. I.

Spinozis-  
mus nostra  
estate a  
FREDE-  
RICO van  
LEE-  
N-  
HOF tri-  
bus scri-  
ptis publi-  
ce recon-  
clus.

**T**Res nimirum & qvod  
excurrit, anni sunt,  
qvod Frederic. van LEEN-  
HOF, Minister Ecclesiae Re-  
formatæ Zwollensis, libro  
qvodam Belgico, cui titu-  
lum fecit: *Den Hemel op  
Aarden, hoc est, COELUM  
in TERRA, seu descriptio  
veræ*

vera lætitia , . (a) Spino-  
zæ de essentia & natu-  
ra DEI sententiam para-  
doxam, reliquo rurumque ali-  
quod Spinozæm caputum  
crambem, suis jam aliquot  
ante sermonibus sacris ap-  
positam, novo integrumine,  
novoqve labore recoquere  
infelix allaboravit. Tra-  
ctat vero in eo cœlo suo  
de vera hominis in hoc  
terrarum orbe lætitia ,  
qvam generatim (b) per  
transitum a minori perfe-  
ctione ad majorem, obscurâ  
voce, describit, dein autem  
paulo luculentius tum ex  
essen-

essentia Dei, tum ex amoris  
par. Christum, divini, tum  
maxime eterni Dei, quam  
in rerum natura servat, ordi-  
nū cognitione vera refulta-  
re docet. Qvod ut ordinē  
non male composito distin-  
gente suos doceat, capite primo  
biblicum vocis cœli sensum,  
omniaqve, quæ de cœlo vel  
paradiso agunt, loca, sacra  
explvit, & capite secundo ve-  
ram lætitiae veræ naturam  
exponit. Deinde capite ter-  
tio veros lætitiae veræ fru-  
ctus & operationes; perinde  
ac capite quarto oppositos  
tristitiae humanae effectus  
ostendit. Qvo facto capi-  
te

te quinto præstantiam lætitiae veræ ejusque radios adit  
versos seu causas præcipuas  
declarat; & capite sexto argu-  
menta contra sententium  
qui pro tristitia pugnant, re-  
folvit, atque capite septimo  
speciatim loca quædam Scri-  
pturæ de tristitia dilucidat;  
Posto capite octavo & nono  
certa quædam lætitiae veræ  
propagandæ & augendæ  
media prescribit. Et tan-  
dem capite decimo in sum-  
mis etiam vel angustiis, vel  
difficultatibus lætitiam vqz-  
ram auctiandam, prout in  
amore nullum metum esse  
capite undecimo & ultimo,

IBI (5)

com-

commonet. At quum cœ-  
lum hoc Leenhoſſi non o-  
mnibus beatum satis & fir-  
mum viſum ; ac vidcirco  
*anis alteris* longe aliter  
vel rectius ſentientium ſcri-  
ptis publicis (d) illico impu-  
gnatum & concuſſum valde  
fuerit : lobnubilato itaque  
tantum & imo collapsu  
cœlo per duo alia ſcripta ; ſci-  
licet, *denubilationem* qvan-  
dam, ſeu nebularum diſpu-  
lionem ; Belgis *Ophelderīng*  
*dictam*, ut & *brevem Re-*  
*ſpōſionēm*, nova fulcimina  
ſupponere. Leenhoſſus eſt  
annilus.

(a) Edi-

(a) Editus est liber Amsteloda-  
ni in 8. A. 1703. utut titulus A. 1704.  
quod lucr. nimis avidorum bi-  
bliopolarum quandoque mos est,  
præ se ferat. Ipsi titulus hic est:  
*Den Hemel op Aarden; of een korte  
en klare Beschrijvinge van de vware  
en stantvastige Blydschap: sooo naar  
de Reden, als de H. Schrift, vodt al-  
le flag van Menschen, en in allelei  
voordallen, zamengestelt door  
Fredericus van Leenbōf, Predikant  
te Zvolle. Te Amsterdam by  
Jacobus Langenberg. 1704. 8.  
Semina hujus libri jam sparsit in  
aliō librō, de Keten der Bybelse  
Godegeerteit dicto & A. 1682, im-  
presso ac A. 1700, recuso.*

(G) Cap. II. p. 20. (y) Cap. I. p. 6.  
quæ si legeris, cave ne nobis  
irascaris, quod speciosa adeo ver-  
ba legeris: latet anguis sub herbis  
& verbis.

(d)

(d) Operæ pretium fucorum non dubitavi, si scripta, Leenhofii i cœlo opposita, iis, qui nosse cupiunt, vel titulotemus ex temporis, quo prodierant, i serie reensemperentur. Scilicet ubi

(1.) Leenhofii *Hemel op Aarden*, de quo modo n.

(a) diximus, prodierat, in lucem ex adverlo prodierunt.

(2.) *Epistola Florentini Bomble ad Leenbofum*, seu Brief aan den Heer F. van Leenbof, behelsende noodige Aanmerkingen over desselvs *Hemel op Aarden*; tot omsigtiger onderscheiding der ware blydschap van de ydele en bedriglyke : door Florentinus Bomble, Predicant tot Amstel-

steldam. T' Amsteldam by G. Borstius 1704. 8. Ubi succinctas aliquas in omnia undecim cœli Leenhofiani capita adnotaciones invenies. His accesserunt

(3.) *Epistola aliqua T. H. van den Honert ad Leenbofum, seu Briev aan den Heer Fredericus van Leenbof, vvegens sijn Boek genaamt de Hemel op Aarde door T. H. van den Honert, Bedienaar des H. Evangeliums tot Amsteldam.* t' Amsteldam by G. Borstius 1704. 8.

(4.) *Den ingebeelde Hemel op der Aarden van D. F. Leenhof verdudeen door den Waaragtigen Hemel op der Aarden, seu Falso confictum cœlum in terra D. F. Leenhofii dispulsum per verum cœlum in terra. Tot Vtrecht, by Herman Hardenberg. 1704. 8.*

(5.) *Cœlum in terra Creyghtonii cœlo in terra Leenbofii oppositum seu De Heemel op Aarde, geopent voor*

voor alle vware Christenen uyt  
Gods heylig Woordt en gestelt  
tegens den becmel op aarde van  
Dom. F. Leenbif, door J. Creygton  
Predikant te Franeker. Te Frane-  
ker 1704. 8.

(6.) *Gods betuiging tegen Israel*  
Ps. LXXXI. 14. -- 17. oponse ty-  
den en zeden gepast, vvaarin on-  
der anderen aangevviesen vvor-  
den de vware oorsaken, vvaar-  
om Godt onse en onser  
Hooge Bondgenooten Wape-  
nen niet voorspoediger heeft  
doensijn in den Jare MDCCIII,  
nevens het *Reukwerk van de Gebe-*  
*den der Heiligen* over Ps. CXLI. 2.  
door Jo. d' Oltrein, Phil. Doct. Be-  
dienaar des H. Evangeliums, en  
Professor in de illustre Schole te  
Dordrecht, T' Amsteldam by  
G. Borstius, 1704. 8. in cuius præ-  
famine locus 2. Cor. VII. 10, con-  
tra Leenhofium speciatim vindi-  
catur. (7.)

(7.) *Epistola Eusebii Pholometoris, seu Brief aan den Heer F. van Leenhof, over sijn uytgegeven Boekje genaamt de Hemel op Aarden door Eusebius Pholometor.*  
T' Amsteldam. by Jac. Hardenberg. 1704. 8.

Quibus scriptis quum adeo impugnatum videret Leenhoefius cœlum suum, e re sua esse censuit edere.

(8.) *Den Hemel op Aarden opgeheldert van de Nieuvelen van Misverstand en Vooroordeelen, dienstig om alle argvvaan en tvvijffelingen vveg te nemen, door F. van Leenhof: seu denubilatio cœli in terranebulorumque, per præjudicia & sensum malignum.*

F 2      in

in eo coortarum, *dispulsio.*

Te Zvvolle ende t' Amsterdam, 1704. 8.

*Cui vero, quum non latifaceret Antagonistis, opposita fuit*

(9.) *Epistola altera F. Bomble,*  
*seu Tweeden Brief aan den Heer*  
*F. van Leenbōf,* behelsende noodige  
*Aanmerkingen over t' eerste*  
*deel van den opgebelderden Hemel*  
*op Aarde.* Tot Wederlegging  
*van de ongegronde Berispingen*  
*en bevvys datter geene Opbelde-*  
*ringe in gevonden vwordt.* Door  
*Florentinus Bomble.* T' Amstel-  
*dam by G. Borstius 1704. 8. Ac-*  
*dum parastata quoque Leenbōfi*  
*surgebat, qui*

(10.) *Redenkundige Aanmerkin-*  
*gen tot Wederlegging van den*  
*Brief van den Heer Tako Hajo van*  
*den*

den Honert geschreven tegen den Hemel op Aarden van de Heer F. van Leenhof, door E. D. M. T' Amsterdam 1704. 8. seu: *Animadversiones Rationales in Honerti Epistolam Leenhofii cœlo in terra oppositam, edidit; insecuræ est*

(11.) *Altera Honerti Epistola ad Leenhofum, seu Brieu aan den Heer F. van Leenhof rvegens de Redenkundige aanmerkingen door E. D. M. en de Oppeldering van sijnen Hemel op Aarde, door T. H. van den Honert.* Cui adjecta est Korte Verbandeling van de Wettige Blydschap en droevheid door T. H. van den Honert wyt sijne Waaragtige Wegen die God met den Mens houdt, voor tuxijcien Jaaren geschreeven. T' Amsteldam by G. Borstius. 1704. 8. Ac

(12.) *Jo. Creyghtonii Adnotaciones ad Leenhofii cœlum denubilatum seu J. Creyghtons korte Aanmer-*

kingen, op den Hemel op Aarde,  
opgeheldert van de Neevelen  
van Misverstand en Vooroorde-  
len door F. Leenhof. Te Fran-  
ker. 1704. 8. His vulgatis  
tertium scriptum Leenhofii pro-  
diit, quod est

(13.) *Brevis responsio seu Korte Antwoord* op de Brief van de Heer T. H. van den Honert vvegens de Redenkundige Aanmerkingen, enz. door F. van Leenhof: qua animadver- fiones rationales fallo sibi per Honertum imputari ostendit. Te Zvvolle by G. Tydeman. 1704. 8. Re- cusa est hæc

(14.) *responsio Leenhofii paulo post*

post Zuyvollæ & Amstelodami  
una cum *Animadversionibus* qui-  
busdam Leenhof ad Honerti  
Epistolam tertiam, cui hunc tiru-  
ctum ille fecerat.

(15.) *Weder-Antwoord op het  
Korte-Antwoord van den Heer F.  
van Leenhof*, vvegens de Reden-  
kundige Aanmerkingen, wvaarin  
desselfs ongegrond beklag verie-  
delet wordt; door T. H. van den  
Honert. T. Amsteldam, by G.  
Borstius 1794. 8. Cui accesserunt

(16.) *Epistola Honerti Quarta,  
seu Vierde Brieu an den Heer F.  
van Leenhof*: waar in bevesten  
wordt, dat zyn Hemel op Aarde  
uyt *Spinozaas Schriften* is opge-  
maakt; en in vwelke de ophelde-  
ring van dien Hemel op Aarde,  
hier en daar nader wordt ter  
toets gebragt, door T. H. van  
den Honert. T. Amsteldam, by  
G. Borstius, 1794. 8. 2 Ac.

F 4 (17.) Epi-

(17.) *Epistola Honerti Quinta,*  
seu *Vvnde Brieu aan den Heer P.*  
*van Leenbof, vvegens sijnen Hemel*  
*op Aerde:* Waar in de Nietigheid  
van de Aantekeningen op de  
Redenkundige Aanmerkingen; en  
van sijn vermeerderde Korte  
Antwoord ontdekt, en aangevve-  
sen vvoordt; door T. H. van den  
Honert. T. Amsteldam by G.  
Borstius 1704.8. Nec omisit

(18.) *Vir Cl. Jo. d' Outrein,*  
Professot Dordracenus in appen-  
dice ad *Adnotaciones suas necessa-*  
*rias in librum Belgicum: De ee-*  
*nige gereformeerde Waarheid,*  
*opgesteld en uitgegeven door het*  
*Collegie het vnelke men den naam*  
*geft van HEBREEN, propter cee-*  
*lum Leenhofsi denubilatum mo-*  
*nita quædam addere. Qui præ-*  
*terea prodierunt*

(19.) *Articuli Satisfactorii a Con-*  
*sistorio Zvollensi Frederico van*  
*Leen-*

Leenhof præscripti & ab eo subscripti ; ac denique Zvollæ typis publicis exscripti, sub titulo : *Artikelen tot satisfactie van de Eerw. KerkenRaad van Zwolle, voorgestelt aan Dn. Fred. van Leenhof, en by syn Es. ondertekent, vvegens syn uitgegeven Boeken, genaamde Hemel op Aarden, deselfs Obbeldering en Korte Andwoord, TeZwolle, by Gerrit Tydemân, 1704. 4.* cum illis conferas necesse est *Articulos Classis Rev. Svolensis Inquisitorios, quos tum recensuit, tum prolixa disquisitione examinavit*

(20.) *Jo. Sluiter, Minister verbi Raaltenis in Consensu Leenhofti, cum Spinosa & Philopatre, seu Adnotatiōnibus suis ad Leenhofii Responsa, quæ ille ad Articulos illos inquisitorios dederat, editis Amstelodami sub titulo : Overeenstemming*

F 5 tus.

tusschen den Heer Fredericus van Leenbօf en Spinoza en Philopater, vertoont in eenige korte Aanmerkingen over de Antvorderen op de Artikelen van't Eervv. Claes van Zuyolle, Syn E. voorgehouden, en de Veranderingen in Syn E. Keten der Bybelse Godgelcerheit gemaakt. Zynda een afgeperste Verdediging van tyvee Gedigten door Jo. Sluiter Predikant te Raalte, t' Amsteldam, by G. Borstius, 1704. 8. Tria maxime in hoc scripto lectu digna inveniuntur; primum ipsi articuli inquisitorii; dein Leenhoefi responsiones ad articulos inquisitorios; & demum necessarie quædam ad Leenhoefi responsa animadversiones. Fecit has Sluiterus in tutelati poematum duorum, quæ non sine sarcasmis in causa Leenhoefi scripsit, quæque una

una cum poemate Leenhofii re-sponsorio & aliis quibusdam pro-dierunt sub titulo:

(21.) *Verscheide Gedigten soa voor als tegen den Hemel op Aarde,*  
gefatsocneert van Do. F. van Leen-hof, naar de gronden van B. d. S.  
t' Amsteld. by G. Borstius 1704.  
Adscriptus est ipsi rubro rythmus  
Belgicus:

Kan men ook vvel druyf of vygen  
Van Spinosaas doornen krygen?  
& subsecuta quoque est al-  
tera quædam aliorum & diver-  
forum in eadem causa poematum  
collectio, cui annexum est Een  
vermakelyk Scheeps - Præatje tus-  
schen een Zdvols Schipper en een  
Reisiger, over de Persoon en bandel  
van de Heer F. van Leenhof, seu  
lectiuncijn injucundum Colloquium  
nautæ Zdvollensis cum peregrina-  
tore de persona & causa Leenhofii  
edi-

editum Amstelodami per Borstius  
um 1704. 4. Nec omit-  
tenda hoc loco sunt Anonymi  
cujusdam, Burmanni & Cocceii  
Scripta Anti-Leenhofiana. Nam  
(22.) in illo *Anonymi*, quod ti-  
tulum habet: *Trouwartige Waar-  
schouwing aan alle slag van Men-  
schen, vvegens de over-eenstem-  
minge tusschen den Hemel op Aar-  
den beschreven door den Heer F.  
van Leenhof, en de Schriften van  
den Godversaker Benedictus de  
Spinoza, t' Amst. by G. Borstius  
1764.8. confensum dogmatum  
Leenhofiac Spinozæ quoad o-  
mnia cœli Leenhofiani capita un-  
decim verbotenus reperies, & u-  
nius verba cum alterius verbis  
collata.*

(23.) Alterum scriptum, quod  
Franciscus Burmannus, Minister  
Evangelij in civitate Enchuyzen,  
composuit, *Spinoistarum summum  
bonum*

*bonum cum cælo Leenboſii collatum  
ad dialogi modum ſiftit. Im-  
pressum eſt iſtud Enchuyſe per  
Henricum van Straalen cum ru-  
brica: t' boogſte goed der Spino-  
zijſten, vergeleken met den Hemed  
op Aarden van den Heer F. van  
Leenboſ, A. 1704. 8. atque  
fratris Auctoris, Petro Burmanno,  
Profeſſori Ultrajectensi, dedica-  
tum. Id quod & terium illud  
annexum habet, quod eſt*

(24.) *Epifola aliqua Jo. Henri-  
ci Cocceji, Cameræ Rationum Ge-  
neralitatis Secretarii ad F. Bur-  
mannum Belgica, in qua Cocce-  
jus patris ſui percélebris de ſtru-  
ctura templi Hierosolymitani ſen-  
tentiam a Leenhoſi iſtricturis, ca-  
pite maxime tertio cœli de-  
nubilati allatis, perdocte vindi-  
cat.*

(25.) *Ultimum demum, quod  
nos hucusque vidimus, in causa  
Leen-*

Leenhofii scriptum est: *De Handelingen van de Christelyke Synodus van Noord-Holland, in de Saake van Do. Fredericus van Leenhof gebonden, volgens laft van de voornoemde Synodus uytgegeven door hare Gedeputeerden, Jakobus Geelkerke, Bedienaar des H. Evangeliums tot Haarlem, en Tako Hajo van den Honert, Bedienaar des H. Evangeliums tot Amsteldam; seu Acta Synodalia Synodi Hollandiae Septentrionalis in causa Leenhofii; T<sup>e</sup> Amsteldam, by G. Borstius, 1706. 8.* Relata sunt ad hæc per Geelkerkium & Honertum, Synodi Deputatos ea, quæ in Synodis Belgicis, maxime illa, quam Alcmaria nuper, mense Augusto 1706. cœgerunt, in causa Leenhofii acta sunt, quæque, ostendo prius sententiæ Leenhofianæ fundamento & momentis præcipuis, ex Belgico idio-

idiomate in Latinum translata  
breviter & *as in oruō*, recensere  
vīsum est.

## §. II.

Fundamentum & caput  
sententiae Leenhofianæ in  
universum adhæc momen-  
ta redit:

Funda-  
menta &  
capita do-  
& rīne  
Leenhō.  
si spinosi-  
sticē p̄z-  
cipua,

I. *Aeternum & necessari-  
um esse in rebus mundanis  
omnibus causarum nexus ;  
quemque omnes , qui beati-  
esse velint, læto & sibi relicto  
animō agnoscere necessum  
habeant,*

II. *Omnia, quaecunque fi-  
unt ex certis legibus, causis-  
que secundis promanare ;*  
ut ut

ut ut nexus caularum quan-  
doque non statim pvideri  
possit. Hincque

III. *DEUM non nisi en-*  
*su improprio ut Regem, ut*  
*Legislatorem, ut Dominum*  
*et ut Judicem, a Prophetis*  
*et Apostolis in codice sacro*  
*describi: qvia auctor Scri-*  
*pturæ S. se ad vulgi captum*  
*accommodaverit, qvi sibi*  
*DEUM non aliter, qvam ut*  
*Regem, throno suo insiden-*  
*tēm; ut Legislatorem, ho-*  
*mini vitæ suæ normam jux-*  
*ta leges præscribentem; ut*  
*Judicem unicuique secun-*  
*dūm opera sua remuneran-*  
*teni posset concipere; qvum*  
*cete-*

ceteroquin sensus sibi reficit  
nullas leges civiles admit-  
tant, nullumque talem De-  
um, qui universi terrarum  
orbis vel rex, vel legislator,  
vel iudex sit, vero proprioque  
significatu possint compre-  
hendere. Unde

IV. Scripturam Sacram  
ea saltem fini ab hominibus  
quibusdam non improbusu-  
se conscriptam, non ut divina  
Et cœco assensu amplectenda  
omnibus norma existaret, sed  
ut ad summam reum felici-  
tatem, lætitiam Et tranquilli-  
tatem viam, per amicitiae Et  
obedientiæ vinculum, mon-  
straret. Ac quoniam propterea

G. V. Omnes

V. Omnes in universo  
terrarum orbe tam actiones  
tam operationes essentiales  
salem sint causarum proxi-  
marum effectus, ex æterno  
naturæ ordine profuentes:  
inde eos, qui felices esse velint,  
quietos unice & latos esse de-  
bere in omnibus actionibus suis,  
& nunquam anxios aut tri-  
stes; quod alias omnis anxie-  
tas et sollicitudo murmuratio  
futura sit adversus æternum  
ordinem Naturæ, quam  
**DEUM LEENHOFII** es-  
se omnes ejus. *Antagonistæ uno*  
*ore conclamant.*

causa  
Leenhofii  
ad Classium  
caumen &

§. III.  
Act qvum memorata  
Leen-

Leenhofti sententia, terrestri  
ejus cælo hujusque de-  
nubilatione disseminata,  
tum magnam apud pios  
& recte sentientes scan-  
dalum, tum apud impro-  
bos & male sentientes  
calumnias magnas exci-  
taret; qvod ea omnem reli-  
gionem, omnem magistra-  
tum, omnes leges, omnia  
foedera, omniaqve societa-  
tis humanæ vincula dissol-  
vere, his & illis visa esset;  
capropter Ecclesia Belga-  
rum Reformata, de scanda-  
lo, de motu, de calumniis  
per Leenhoftum suum susci-  
tatis, intimo animi dolore,

G 2 soli-

sollicita rem oinuenit cum ad *Classium* suarum examen & *Synodorum* ( $\alpha$ ) iudicia, tum ad *Magistratus* sui tribunal summum ( $\beta$ ) deferre statuit.

( $\alpha$ ) Tum ex Bentheimi Helländischen Kirchen- und Schulen-Staat Cap. XV. p. 480. sqq. tum etiam aliunde conventuum & iudiciorum Ecclesiasticorum in Belgio discriumen satis constat. Habent nempe Belgæ Reformati tres distinctas congregations Ecclesiasticas, quarum prior vocatur *de Kerken Raad*, seu *consistorium*, quod est conventus verbi ministrorum Ecclesie seniorum, qui laici sunt, in qua viscivitate vel quovis pago, ubi modo est ecclesia. Claves, quæ alteram congregationem Ecclesiasticam constituunt, sunt con-

conventus Deputatorum ex vicinatum, quae in eandem Ecclesiarum consistoriis; atque ejusmodi classes plures in una eademque provincia dantur, v. Benthem l.c. p. 486. sq. Tertia congregatio dicitur *Synodus*, & est conventus Deputatorum ex omnibus Classibus unius & totius provincie. Habetur ejusmodi Synodus singulis annis in unaquaque provincia; & capropter quoque provincialis appellatur, quo nomine a *Synodo Nationali* distinguitur, quæ est conventus Deputatorum ex plurimis provinciarum congregacionibus synodalibus, quamquam non nisi post plurium annorum decursum & gravi quidem de causa, universam Ecclesiam tangente, instituunt.

(C) Scilicet ea est Ecclesia Belgarum Reformatæ constitutio, quam ad primam proxime Ecclesiæ Chri-

stianæ, ævo Apostolico, formam  
accederè gloriantur, ut causæ Ec-  
clesiasticæ graviores primum *Clas-*  
*sium examini*, dein *Synodorum ju-*  
*dicio*, & demum, ubi necesse fuerit,  
*Magistratus summi auctoritati*  
*subjiciantur.*

## §. IV.

Syno di  
Alcmari-  
ensis A.  
1704. de-  
claratio-  
nes,

Itaque *CLASSES Ecclesia-*  
*rum in Hollandia Septentrio-*  
*nali*, Deputatos suos A.  
*MDCCIV. ad Synodum Alc-*  
*mariae convocatam ablega-*  
*turæ, Leenhofii scriptis, ob-*  
*motus per ea natos, examini*  
*subjectis*, Deputatos illos  
suos in Synodo de *mediis*  
*scandalum datum tollendi*  
*maxime sollicitos cflc jube-*  
*bant*

bant. Atque jam in ipsa  
Synodo, mense Augusto Alc-  
maria coacta, vix articulus  
**XXII.** Actorum Synodali-  
um, de librorum impressio-  
ne, licita, praelectus erat,  
quum Fratres, ut vocantur  
*Correspondentes*, cum Hol-  
landiae Australis Ecclesiis, ea,  
quæ in causa Leenhoflana a  
Synodo Hollandie Australis  
peracta fuerant, ex Actis ac  
literis suis prælegerent &  
rogarent, ut Christiana Hol-  
landia Septentrionalis Syno-  
dos, fraterno amore & zelo,  
commota, par cum Hollandiæ  
Australis ecclesiis consi-  
lium decretaumque iniret.

G 4 in Nec

Nec detrectabat Synodus Alcmariensis in scripta & acta Leenhofii ad instantiam Fratrum suorum inquirere; & quum in re tanti momenti maxime vero propter ea, quod status quidam Transsylvaniae Leenhofii causam ex Synodo Ecclesiastica ad suum tribunal pertraxerant, moderate & caute procedere consultum ducerent, eam Fratribus quibusdam suis speciatim committebant, qui quae causae Leenhofianae momenta sint, & quibus mediis sive malae sive bona cause mederi possit, in timore Dei inquirerent. Atque hi circumstantiis cau-

æ

ſæ omnibus probe peripe-  
tis & ponderatis, ac cum  
Synodi Hollandiae Australis  
decretis collatis has declarati-  
ones faciebant & ad Syndicūm suām deferebant:

I. Quod Spinosa principia & do-  
gma, in Leenboſi scriptis renova-  
ta, ac per Claves & Synodum Hol-  
landie Australis damnata, in hac  
etiam Synodo publice merito sint  
condemnanda.

II. Quod auctor librorum in-  
quisitorum non amplius in Ecclesia  
Dei & ministerio publico sit feren-  
dus, nisi publicam scriptorum suo-  
rum palinodiam, eamque sufficien-  
tem ficeret; cuius rei tamen exe-  
cuto ad Synodi Transylvanis juris-  
dictionem pertineret.

III. Quod promulgatio cœli in  
terra, ejusque prætenfa denubila-  
tio, non juxta ſvetas harum pro-  
vinciarum ordinationes Eccleſia-  
ſicas facta videatur.

IV.

IV. Quod anxie & incerte fit  
delendum, executionem censure a  
Classe Svolensis facta per Consules ci-  
vitatis Svolensis, & judicium lauda-  
bile Synodi Transylvanica per Nobis.  
Commissarios Politicos, in causa per  
universum Ecclesiastica, fuisse in-  
terrupta.

V. Quod inde necessum vide-  
tur, decernere: ut rerum barum  
& decreti in iis facti noticia quam-  
primum a Deputatis Synodi  
bujus cum Deputatis Synodi  
Transylvanie, per literas com-  
municetur, qui rem ulterius ad lo-  
cum suum, & nominetennus quidem  
ad Rev. Classem Svolensem defer-  
rent; una cum promerita pro zelo  
& religione ejusdem in hac causa  
declarata, gratiarum actione.

VI. Quod Correspondenti ad  
Transylvanos ituro, in id maxime  
sit incumbendum in Synodo Trans-  
ylvana, ut Dnn. Delegatos Statu-  
um, eque ac ipsos Prepotentes  
Tran-

Transfusulanie Status quam humili-  
time, causa universa momentis qua  
debet fide expositis, ore & obtestetur,  
quores illa Ecclesiastico iterum ju-  
dicio committatur: imo quod &  
reliquis Dns. Correspondentibus,  
ad omnes & singulars provincias ex  
bac Synodo abitariis, eo omnibus vi-  
ribus annitendum sit, ut ceterarum  
Provinciarum Synodi socias & fra-  
ternas cum hac Hollandie septen-  
trionalis & illa Transfusulania Syno-  
do manus jungant, prescriptaque  
media vel ad interim assumantur.

VII. Quod Deputatis hujus Sy-  
nodi Pre-Nobiliss. Statuum-Pensi-  
narius sit adeundus, cui non solum  
arduam admodum & gravem Chri-  
stiane hujus Synodi sollicitudinem  
descriptis Leenhofti cognitam red-  
derent, utpote quorum principia  
Spinossifica fundassentum omnis  
vera religionis defriderent; bincq;  
si Minister Ecclesiae ea audacter ad-  
structa eat, non nisi multa mala &  
damna

damna in Ecclesiam effent illas utræ; sed quem quoque exponarent, ut scripta illa, in testimonium condenationis communis, publico Statum Hollandæ Septentrionalis Prepotentium edicto confiscarentur. Præterea consultendum quoque esse Dnm. Statum. Pensionarium, annon consultum ducere, ut apud Status Prepotentes ipsi. Deputati, qua decet, submissione peterent, quo causa hac ad Generalitatis Collegium deferatur. Et scripta illa auctoritate supradicta communi suppresserentur, hocque consensu Dni. Status Transsylvaniae unionis cum his provinciis memores ea permovearentur, ut ne consilia Ecclesiastica, quantum scripta lepius memorata, cumque auctoram spectarent, ad exemplum ceterarum hujus Reipublicæ civitatum, amplius interciperent.

VIII. Quod denique necessum fit, ut Dni. Exatres Correspondentes

res; ex hac Synodo ad ceteras abituri  
Synodas correspondentes obsecra-  
rent, quo Deputatorum suarum Sy-  
nodorum rogatu a Provinciarum  
Statibus, idem quod ipse a suis  
impetrarent.

Hæ sunt illæ Ecclesiastici  
corum ad causam Leenho-  
fianam Commissariorum  
declarationes, qvas ad Syno-  
dum relatas & qvampluri-  
morum votorum consensu  
adprobatas pro conclusis &  
declarationibus Synodali-  
bus Synodus Alcmariensis  
declaravit: ea tantum ad fi-  
nem harum resolutionum  
in Actis limitatione mode-  
rate addita, ut tum Deputa-  
tis Classis Alcmariensis, qui-  
bus nihil prorsus in Actis suis  
hac

hac de re commisum fuerat,  
tum *Deputatis Classis Am-*  
*stelodamensis & civitatis En-*  
*chuyzen*, qui in Actis suis cau-  
sam Leenhofii ad referen-  
dum saltē assūmēre jussi fu-  
erant, liberum maneret, ge-  
sta Synodi prius cum Fratri-  
bus suis communicare.

§. V.

Missæ tuerunt postmo-  
dum hætum *Synodi Alcma-*  
*riensis*, tum plurimarum  
*Synodorum correspondenti-*  
*um*, qvæ in eandem de *Leen-*  
*hofii causa* sententiam con-  
spirabant, *Resolutiones* ad  
Transyluanos, una cum du-  
abus literis commonitorius,  
qvarum alteram *Hollandia*  
*septen-*

*Synodi*  
*Alcmarie-*  
*nsis*, ut &  
aliarum  
qvarun-  
dam *Syno-*  
*dorum de-*  
*claratio-*  
*nies ad*  
*Transylu-*  
*lanos mis-*  
*sa.*

septentrionalis, alteram vero  
australis Hollandie Synodi  
Deputati ad Ecclesiasticæ in  
Transysulania Synodi De-  
putatos exaraverant, ut hi  
eo magis per literas illas ad  
fuscitatum in ecclesia & pro-  
vincia sua per Leenhofium  
scandalum amovendum  
concitarentur. Illæ Depu-  
tatorum Synodi Hollandiæ  
septentrionalis hæ erant:  
*Reverendi, Pii ac Doctissi-  
mi Viri, Deputati Syno-  
di Transysula-  
niae.*

Quandoquidem unquam quie-  
tem Zionis Belgii confoederati scri-  
pta quedam turbarunt, & apud  
eos, qui foris sunt, scandalum multa  
fuscarunt; ea sane sunt famosa  
vnde Friderici van Leenkof, Mi-  
nistri

nistræ Ecclesiæ vollatio, scripta, seu  
oculum ejus in terra, in usum omnis  
generis hominum ab eo dulcatum,  
qua cum denubilatione ejusdem. Et  
brevis quadam Responsona.

Atque hoc quidem causa est, cur  
Classes Hollandie Septentrionalis  
de promulgatione, scriptorum ho-  
rum, propter provinciarum nostrarum  
Constitutiones Ecclesiasticas,  
merito non solum fuerint solliciti;  
sed cur <sup>Et</sup> Synodus Christiana  
Hollandie septentrionalis, mense  
Augusto hujus anni Alcmarie habi-  
ta, nihil magis quam veritatem <sup>et</sup>  
perpetuitatem fidei, que in Christo  
est, cordis fibrisse iussa, inter eceras  
Actorum suorum causas, oculum  
animumque in famosa illa scripta  
maxime converterit.

Et res quoque eo devenit, ut Sy-  
nodus nostra prælaudata, pro liber-  
tate in disjudicanda causa bas meae  
Ecclesiastica sibi concessa, ubi qui-  
dem

dem per Correspondentem Vestrum  
de interruptis per Nobb. Commissa-  
rios Politicos consilis optimis Syno-  
di Transysulania certior facta, &  
de universare, omnibusque ejus cir-  
cumstantiis diu sobrieque, coram  
DEO omnipresente, deliberatum  
fuerat, prævia tandem ad Commis-  
sarios nostros Politicos per Fratres  
Correspondentes & Synodi Deputa-  
tos rei relatione, ex decreto omnium  
Classium, banc in scripta ista &  
auctore eorum sententiam ferret:

Inserti hic erant IV, priores Ar-  
ticuli Synodi Hollandiæ septen-  
trionalis, antea jam §. XII. recen-  
siti; post quos Epistola ita per-  
gebat:

*At quum necesse etiam visum fue-  
rit, ut ne scriptorum horum perni-  
ciosissimorum vulgatio fiat uberior,  
sed potius suscitata per ea scandala,  
quæntum fieri possit, tollantur: ea-  
propter Christiana Hollandiæ se-  
ptentrionalis Synodus de sequen-*

H sibus

tibus mediis, a Classibus pene omnibus adprobatis, prospexit:

Sequebantur hic posteriores

IV. Articuli Synodi Holl. Sept. ibidem antea §. XII. enarrati.

Atque hoc est Christianae in Hollandia Septentrionali Synodi judicium, & hoc etiam sunt media, que ad suppressimendos Leenhofti libros seligendacensuit; prout id ex Actis nostris suo tempore tradendis constabit.

Interea nos, Synodi Hollandie Septentrionalis Deputati officio nostro, per Synodum nobis demandato, ubi id jam in potestate nostra possumus esse sensimus, hoc ipso satisfacere, Vobisque viri & Cooperariz Rev. de omnibus iis, que in re tanti momenti apud nos acta sunt, notitiam per basce dare voluimus; idque non alium in finem, quam ut

I. Synodi nostra Christiane hac in

in re zelus vobis non solum manifestus fiat, & per nos veluti testes publicos, Reverenda Classi Spollense, omnibusque, quorum interest, contestetur, Ecclesiam Bataviam, maxime vero illam, que in Hollandia septentrionali est, cœlum istud interradet testari; verum ut & speciatim

2. Rev. Classis Zvollenensis & Christiane Synodi in Transysulania zelum laudabilem deprecaremus, sperantes fore ut vos, viri Rev. in quantum commissio vestra Synodica se extendit, & si vobis ita visum fuerit, omne id agere non sitis, omni juri, quod ad suppressionem hujusmodi scriptorum & sublationem tot scandalorum poterit facere.

Imo dubitare nec volumus nec possumus, quin zelus vester eo magis in hac re communis sit futurus, quod ea fundamentum totius religionis tangat.

Ex intimis cordis visceribus pre-

H 2

ca-

camur, ut Deus vos, Viri Rev. aque  
actos, operarios suos, ad rem, que  
gloriam ejus spectat, gerendam ido-  
neos reddat. Zelus Domini quo  
longius hoc uberior in nobis se effun-  
dat, ut nos, fidi domus Dei ministri  
domum ejus sanctificemus, & ex  
sanctissimo ejus, que minus sancta  
vel impura sunt, ejiciamus. Cete-  
rum vos saluos effubemus, una  
cum Hollandie nostre septentriona-  
lis Ecclesie universis. Subscribimus  
nos

Reverendorum, Piorum & Doctiss.  
Virorum, Deputatorum Synodi  
Transylvanica

ad studia quavis paratiſſi-  
mi cooperarii in Christo

Regnerus van Staveren,

Syn. Holl. sept. b.t. Dep.

Dab. Edami.

d.XXVI.Sept.

MDCCIV.

Henricus van Olphen,

Syn. Holl. sept. b.t. Dep.

§. VI.

## S. VI.

Præterea eodem mense  
 A. MDCCIV. utriusque Hollandiæ Deputati Ecclesiastici Præpotentibus itidem Hollandiæ, West Frisiæque Statibus Epistolam, Requiem ipsiis dictam, ad normam mediorum in causa Leenhofti sibi præscriptorū, quam submississime obtulerunt. Supplici autem Requie illo voce Deputati à Statibus Præpotentibus, veluti Ecclesiæ Dei Antistibus in terra summis, & utriusque tabulæ Custodibus petiebant, ut (i.) venditio librorum

Requisitio  
 prima De-  
 putatorum  
 Synodi  
 Hollandiæ  
 Boræalis  
 ad ordines  
 Hollandiæ  
 Frisiæque  
 occiden-  
 talis Præpo-  
 tentes ho-  
 rumque A-  
 postolium.

H'3 Leen-

Leenhoefii prohiberetur; (2.) ut res illa ad Generalitatis Statuum Collegium deferaatur; (3.) ut Status Transsylvaniae teneantur, inquisitionem cause Leenhoefiane non ad suum amplius forum trahere, sed Synodo Ecclesiastica unice relinqueret. Rationes petiti erant, qvod (1.) res ipsam veritatis & pietatis, qvod in Christo est, fundatum tangeret; qvod (2.) hypotheses Leenhoefiana & atheismum reintroducerent; dein (3.) Dei existentiam destruerent; porro (4.) verbum Dei pessimum darent; & (5.) forma sanorum verborum seu

seu fanis fidei articulis con-  
tradicerent; atque adeo (6.)  
iis, quiforis sunt, multarum  
in Ecclesiam Reformatam  
calumniarum ansam da-  
rent; ac (7.) extremam in  
doctrina & moribus corru-  
ptionem adferrent. Subscri-  
perant hoc Requiestum Ab-  
dias Velingius & Regnerus  
van Staveren, & ubi Se-  
natui Statuum Præpoten-  
tium præsentatum fuerat, se-  
qvens ei in margine Apo-  
stolium fuit adpositum:

*Vixum est Statibus Hol-  
landiæ Frisiaeque occiden-  
talis, ut præsens Requiestum  
Dominis Deputatis civita-*

H. 4 tum

tum Lugduni, Amstelodami  
 & Alcmaria examinandum  
 tradatur, rei dijudicationi &  
 ipsorum relationi inservitu-  
 rum. Actum Haga Comi-  
 tum d. XV. Octobr. A.  
 MDCCIV.

*ad mandatum Statuum*

*SIMON van BEAUMONT,*

§. VII.

Articuli  
 Leenhoefi  
 Satisfactio-  
 nis, ad re-  
 quisitio-  
 nem, Con-  
 fessorii  
 Sullenfis  
 ab ipso  
 subscripsi.

Qvæ ubi in Hollandia  
 tum septentrionali tum au-  
 strali gesta fuerant, non diu  
 post in Transysulania in lu-  
 cem prodibant Articuli qvi-  
 dam Satisfactorii per Con-  
 fistorium Zvollenſe Leenho-  
 fio

fio in causa sua præscripti, ut  
illis subſcriberet. Nec et-  
iam Leenhofius tum ad quæ-  
ſita in articulis iſtis reſponde-  
re, tum iisdem subſcribere  
renuebat. Qvo factum ut  
Reverenda Classis Svol-  
lensis & Christiana Transy-  
ſulaniæ Synodus Articulos  
iſtos, verbis unice qvibus-  
dam in Articulo VIII. im-  
mutatis, confirmaret.

Excusi fuerunt articuli iſti  
Zvollæ A. 1704. in 4. cum ti-  
tulo: *Artikelen tot Satisfac-  
tie van de Eerw: Kerken-  
Raad van Zwolle voorge-  
ſtelt aan Dn. Fred. van Leen-  
hof, en by syn Eerw. onderte-  
Hs kent,*

kent, wegens syn uitgegeven  
Boeken, genaamt den Hemel  
op Aarden, desselus Ophelde-  
non pro satisfactoriis agnoscere, ne-  
tum demum Synodi instantiam  
suam ad Status Præpotentes repe-  
re posint & renovare.

## §. XII.

Qvum igitur accepto hoc  
Statuum Præpotentium de-  
creto, Fratres in utraque Hol-  
landia Ecclesiastici Articulos  
Leenhofii satisfactorios non  
sufficientes esse in Classibus  
fuis denuo declarassent; utut  
a Transylwanis intantum in  
quantum aslumtos: Depu-  
tati utriusque Synodi Anno  
seqventi MDCCV. mense  
quidem Decembri, novum  
Requestum consignabant,  
idqve Statibus Hollandiae

Altera rei  
quisitio  
Deputato-  
rum Syno-  
di A. 1701.  
M. Sepe,  
cum apo-  
stolie.

M<sup>3</sup>              Præ-

Praepotentibus qva par & seruum est observantia insnuabant.. Habet se alterum istud *Requestum* ita in terminis:

Ordinibus Hollandiae Frisiæque  
Occidentalis Praepotenti-  
bus.

*Notum denuo facimus, quae  
decet animi observantia, nos Depu-  
tati utriusque, in Hollandia sep-  
tentrio*nali* & australi, Synodi, qua-  
ratione elapso abhinc anno Nobb.  
Vestris Praepotentiis humillime  
significatum fuerit, quod per Fride-  
ricum van Leenhof, Ministerum  
Ecclesie Sancti Ollensem, tria scripta  
fuerint edita, quorum prius cœlum  
in terra; alterum denubilatio  
cœli; & tertium brevis responsio  
est inscriptum.*

Quæ

Quae scripta ubi per laudatas  
Synodos, prævio justo examine,  
præviaque libera deliberatione ju-  
dicata fuerant, edictum aliquod  
contra ea prohibitorum a Præ-  
potentiis vestris Nobb. fuit im-  
ploratum. Commixtum fuit no-  
strum ea de re Requestum A.  
MDCCIV. d. XV. Oct. Deputatis  
civitatum Lugduni, Amstelodami  
et Alcmarie, ut de eo deliberarent,  
et universæ rei relationem ad Vos  
referrent. Quapropter Nobb. ci-  
vitatum istarum Deputati, habita  
deliberatione, nobiscum, Deputatis  
Synodorum, hoc suum decretum  
communicarunt:

“Quum intellectum fuerit,  
“Leenhoestum satisfactionem ali-  
“quam Consistorio suo dedisse, inde  
“consultum erit, prius expectare  
“quemnam effectum illa satisfactio  
“habitura sit et quomodo Clas-  
“Svoldensis et Synodus Transfulta-

M. 4 na

"na eam sit assumtura; Et quod si  
 "Transysulani eam pro sufficiente  
 "agnoverint, neque necessarium ne-  
 "que consultum videtur, ut Status  
 "Prapotentes interdicto Politico  
 "rem praecurrant; quod si vero  
 "contra illa pro sufficiente non  
 "babebitur, tum demum ad Pre-  
 "potentias Nobb. petitum Synodo-  
 "rum proxima instantia poterit  
 "renovari.

Itaque Supplicantes, pro officio  
 ipsis ab utraque Synodo demandato,  
 coram Prepotentiis vestris tacere  
 nequeunt, quod juxta relationem  
 Fratrum Correspondentium in  
 Transysulania, tum ore tum scri-  
 ptis factam, Synodus Transysulana,  
 post marias Consistorii Et Classis  
 Suullensis ut Et ipsius Synodi cum  
 Leenbofio transactiones, fa-  
 tisfactiones aliquam, propter  
 certas causas, non tamen  
 absque magna sollicitudine assu-  
 mavit; prout idem ex extracto Acto.  
 rum

rum Synodaliū Transysulanōe  
tum, de verbo ad verbum heic in-  
fertorum, intelligi poterit:

Extractum ex Actis. Synodi  
Transysulaniae, habitæ Deven-  
tria A. 1705. d. 16. Jun.

Sess. VIII.

Art. 5. Quod ad librum attinet,,  
Christianæ Synodus idem judicat,  
quod Rev. Classis Svolensis circa,,  
librum illum decrevit; quod,,  
ita se babet :,

Ac decernit quidem Rev. Classis,  
cœu id quoque Consistorii Acta  
volunt, quod jam suarum parti-  
um sit, predicta Leenhoefi scri-  
pta judicare, hocque ipso decla-  
rare, ea non tantum inutilia esse,  
sed & magno ecclesiæ scandalo  
in sanctum Dei verbum, in reli-  
gionem Reformatam, hujusque  
formulas unitatis injuriosa.

Idem bis ipsis Christianæ Syne-,,  
dus judicat.,,

M. S. Art.

“Art. 6. Quod D. D. Deputatis  
 “buijus Synodi demandanāum sit,  
 “ut proxima occasione edictum ali-  
 “quod a Statib⁹ Præpotentibus serio  
 “exorent, quo p̄fata Leonbost⁹  
 “scripta confiscentur, eaq; tum ven-  
 “di tum reimprimi prohibeantur.

“Art. 7. Per plurimas Classes  
 “judicatur, quod tametsi multo gra-  
 “viori quidem censura in Leenbost⁹.  
 “um sit animadvertisendum, C bri-  
 “stianatamen Synodus judicium  
 “sum cum illo Classis Svoldensis, ob  
 “causas suas conformet.

Quibus tamen omnibus diu mul-  
 -tumque ponderatis utraque, tum  
 Hollandie australis et Septentrio-  
 nalis, Synodus in commemorata  
 modo satisfactione nullam penitus  
 satisfactionem deprehendere po-  
 tuit. Unde ne vel religio & cul-  
 tus Dei pessum detur, vel profani-  
 tas in religione prorumpat, vel  
 pejor in Ecclesia & Politia corruptio  
 irruat.

irruat; quin potius verbum Dei  
illibatum conservetur, atque Eccle-  
sia Dei & religio nostra Reformata  
a calumniis eorum, qui foris sunt,  
libera maneat: has ob rationes  
nos supplicantes, vi decretorum  
utriusque Synodi, Prepotentias Ve-  
streas Nobb. quam subjectissime ora-  
mus & obtestamur, ut Prapotentia  
Veltris Illustr. complaceat predicta  
Leenhofti scripta confiscare & in-  
terdicere, ne ea amplius videntur  
vel reimprimantur. Oramus etiam  
& obtestamur, ut Prapotentia Ve-  
stre Illustr. hoc suum decretum ad  
Prepatent. Generalitatis Statuum  
Collegium deferri faciant, hisque  
interdictio librorum istorum in  
aliis etiam provinciis quam serio  
concedatur. Subscripterant  
Joh. Cantius, Eccles. Dordrac.  
Syn. Zuid-H. Dep.

Abdiās Velmgius, Eccl. Leyd.

Syn. Zuid-H. Dep.

Joh.

Joh. Texelius, Eccl. Rotterd.

*Syn. Zuid H. Dep.*

Henr. Troye, Eccl. Hag.

*Syn. Zuid-H. Dep.*

Henr. van Olphen, Eccl. Alcm.

*Syn. Noord-H. Dep.*

Jac. Geelkerke, Eccl. Harlem

*Syn. Noord H. Dep.*

Adscriptum fuit huic akteri

Requesto, post præsentationem,

ad mandatum Statuum Præpatent.

idem Apostolium, quod prioris,

XIV. recensito, in margine.

§. XIII.

*Synodus Transyslaniæ lanorum Campiæ M. Majo. 1746. habita,* Gestis his rebus Anno MDCCV. in utraqve Hollandia, mente Majo A.

MDCDVI. a Transysulanis

Campiam Ecclesiarum suarum *Synodus* convocabatur.

Referebat in ea utriusque

Hollandiæ Synodi Correspon-

Ipondens illa maxime Fratribus Classium Transylulanæ Deputatis, quæ in utraque tum septentrionalistum australis Hollandiæ Synodo in causa Leenhofti, anno elapso, tum acta tum decreta fuerant. Cujus vero commonstratione effectum nullum alium sentiebant Fratres Hollandiæ Reformati, quam quod, ex voluntate Commissariorum Statutus Politicorum decreta Syndicorum Correspondentium, qvoad *essentialia*, *Actis inserta* viderent; quod hi causam Leenhofianam, post articulorum satisfactoriorum

rum

nū vulgationem jam decisam  
& dijudicatam cernerent.  
Et nominantur quidem in  
Actis duo Commissarii Po-  
litici, Dn. van der Bonkenha-  
ge & Dn. van der Merwee,  
qvorum ille in Registratu-  
ram actorum lubentissime  
consensit; hic vero tem ad  
*Nobilitatis & Civitatum Col-*  
*legium* prius deferendam  
censuit. Ac quum Depu-  
tati Synodi Transylaniae  
nihilominus *confiscationem*  
*Scriptorum Leenhoianorum*  
per mandatum publicum  
urgerent, responsum fuit  
ipsis per Ordines Transylula-  
niæ Præpotentes in *Apostolio*:

*Quod*

Quod mandatum publicum affi-  
gere ipsis non consultum, id tamen  
visum fuerit, ut interea omnibus  
typographis bujus provinciae im-  
pressio denominatorum librorum  
interdicatur; Et quod insuper,  
postquam causa Leenbofis per Syno-  
dum pro decisa Et perorata decla-  
rata fuerit, jam ex voluntate Or-  
dinum Præpotentium neque in  
Classe neque in Synodo illa de causa  
illa amplius sit transigendum, cuius  
rei notitia cum Deputatis Classium  
singulis Et omnibus esset communi-  
candas.

#### §. XIV.

At fecit hoc Ordinum  
Transylvaniæ ad instanti-  
am Synodi Apostolium, ut  
*Classis Amstelodamensis*  
paulo post alterum quod-  
dam QVAERITUR ad  
cete:

Posterior  
Classis Am-  
stelodam-  
ensis  
Queritur.

ceteras Hollandiae septentrionalis classem sibi vicinas mitteret; id quod hujus temporis erat:

*Quum Classem Amstelodamensis dudum satisfactionem aliquam a Frid. van Leenhof de scandalosis & perniciose scriptis suis, merito expectaverit; & jam etiam presentem ejus satisfactionem Transysulanis datam sedulo atque diligenter examinaverit; censuit demum, quod omne illud, quicquid vel in Consistorio, vel in Classe Snellenhi, vel in Synodo Transysulana gestum fuit, pro sufficiente nullo modo satisfactione agnoscere possit; quodque adeo Synodi Holl. Sept. decretis hactenus stricte in herere teneatur, que in defectu magis sufficientis satisfactionis vim suam omnem retineret; imo quod, quamdiu nulla alia & sufficiens magis satisfactio detur.*

con-

contestari & protestari coram mun-  
do universo adigatur, idque voce ad  
instar sanguinis Abelis terribilis-  
sima, se tot scandalorum, tot foede-  
rum disruptorum, tot animorum  
depravatiorum, tot blasphemia-  
rum, totque calumniarum in Eccle-  
siam illatarum ream non esse. Et  
tametsi spes sit, fore ut Ecclesia Re-  
formata per Synodum Transysula-  
nam pleniorem aliquando de diffi-  
culturibus istis omnibus satisfactio-  
nem accipiat; id quod sibi etiam  
Classis reservat; attamen quod si  
jam interea preter id, quod expe-  
ctandum est, in satisfactionem  
ecclesie nihil amplius præstetur, ea  
propter QVÆRITUR: Annon  
consultum sit, ut Classes singulæ  
ante-synodaliter de mediis qui-  
busdam cogitent peridoneis,  
quibus Ecclesia Reformata, o-  
mnesque ejus Synodi & Classes  
a calumnia & suspicione omni,

N huc-

huc tenus stante, liberari possint  
quam efficacissime?

## §. XV.

*Synodus  
Hollandiae  
Borealis  
Amstelo-  
dami M.  
Aag 1706.  
convocata.*

Convocata itaque est,  
præmissis præmittendis,  
*mense Augusto A. MDCCVI.*  
*Amstelodamum* nova Syno-  
dus, in qua maxime tum Re-  
solutiones Clasium ad alte-  
num Quæritur Classis Amste-  
lodamenfis collectæ, tum  
Protestatio Synodi Publica  
contra Leenhoftum ejusqve  
Icripta consignata & publi-  
cata, tum literæ tres commo-  
nitoria ad Transylvanos  
perscriptæ fuerunt; ceu me-  
dia ad amovendam calum-  
niā & litem dirimendam  
pro re nata optima & proxi-  
ma.

## §. XVI.

## §. XVI.

*Resolutiones Clasium ad alterum Amstelodamensem: Quæritur in Synodo per singularem Deputationem collectæ & Synodi auctoritate comprobatae, hæ erant:*

I. *Quod Clases respectiva, semel pro semper, omnibus Resolutionibus & conclusis Christianæ in Hollandia septentrionali, Synodi jam ante a tempore ad tempus factis, firmiter strictissimeque inhereant.*

II. *Quod Synodi Correspondenti, ad Synodum Transysalanam abituro, eo omnibus viribus anniti sit injungendum, ut Leenhoias denunciata scripta sua & quidem cœlum in terra, denubilationem ejusdem & brevem respcionem, sine ulla equivocatione vel reservatione mentali,*

N<sup>o</sup> 2 in

in terminis prout jacent, publice  
et per scriptum aliquod revocet &  
decessetur.

III. Quod necesse sit, ut Leenbo-  
fius parem dati scandali enormita-  
ti delicti sui censuram subeat.

IV. Quod quamdiu Resolutiones  
et decreta Synodi bujus Christianae  
executioni nondum data sint plenis-  
sime, tamdiu antea nominatus  
Leenbosius pro orthodoxo Ecclesia  
ministro non agnoscit, nec ille ullam  
in hac Synodo functionem Ecclesia-  
sticam obire, vel ubi modo in alia  
quacunque Synodo Correspondente  
se fisset, a Correspondente bujus Sy-  
nodi admitti, vel etiam Attestatio  
eius uni alteriusve data pro legitimi-  
tate posterum baberii nec possit nec  
debeat.

V. Quod conventum fuerit,  
stante adhuc Synodo seriam et gra-  
vem quidem bac de re Protestatio-  
nem (invenies hanc §. nostro  
XVII.)

XVII.) conscribere, eamque typis  
exscriberet ad tradere, ut deinde una  
cum literis tribus commonitoris  
bisque manuscriptis ad Christianam  
Synodum Transysulanam, ad  
Rev. Classem & ad Consistorium  
Svollense mitti posset, in negligen-  
tia ipsorum, hucusque in causa  
Leeenbofii admissae, convictionem  
& in majoris ac gravioris, in re  
tantimomenti, Zeli incitamentum.

VI. Quod Synodo finita in lucu-  
lentius innocentie Synodi bujus  
Christianae testimonium, omnia ejus  
Acta nunc & elim congesta typis pu-  
blice exscribenda sint, & in lucem u-  
niversi orbis Protrabenda; id quod D.  
D. Deputatis (qui Jacobus Geel-  
kerke, Eccles. Harlem. & Tako  
Hajo van den Honert, Eccles.  
Amstel. fuere) Synodi erit deman-  
dandum.

VII. Quod D. D. Deputatis porro  
sit demandandum, ut DN. Status

N 3. Pen.

Pensionarium orent & obtententur, ut per Collegium Generalitatis Deputati Ordinum Transsylvaniae ea permovuantur, ut Rev. Synodi & Classi Provinciae suæ manum liberam, liberumque judicium in hac causa, mere Ecclesiastica, permittant, quo item illam ad normam Constitutionum suarum Ecclesiasticarum possint dirimere.

VIII. Quod Dn. Correspondens ad Synodum Transylvananam abiutus Synodo illa finita ad omnes illico Classes presentis in Hollandia Synodi rescribere debeat, quomodo exceptus fuerit, & quo statu ipsa res sit, ut quid faciendum sit in hac re ulterius, justo tempore deliberare possint & decernere.

IX. Tandem quod omnes ceterorum Synodorum Correspondentes quam serio sint compellandi, ut hec in causa Leenbofii voluntati & gelo bujus Synodi se conforment.

S.XVII.

## §. XVII.

Tuta hæc satis, gravia & sufficientia esse videbantur Belgis *media* ad Ecclesiæ scandalum amovendum & ad omnes aliter sentientium suspiciones tollendas. Quæ inter quum post revocationem scriptorum publicam, suspensionem a functionibus Ecclesiasticis & non imparem delicto Leenhoefi censoram, Protestatio Synodi universæ Publica non ultimum locum mereri visa fuerit; jam operæ prætium me facturum non dubitavi, si Protestationem illam solennem, ex Belgica lingua ad litteram

Protestatio  
Synodi  
Hollandie  
Bor. contra  
Leenhoef  
publica.

teram traductam, heic ve-  
luti suo nunc loco appon-  
rem;

**PROTESTATIO**  
**Christianæ Synodi in Hollandia**  
**Septentrionali contra**  
**Do. FREDERICUM van LEENHOF**  
**eiusque**

Cœlum in terra; *bujus denu-*  
*bilationem; & brevere-*  
*sponsuui,*

*Ignoratum est nemini, quod Do.*  
*Fredericus van Leenhof, Ecclesia-*  
*stes Svolensis, tribus E<sup>g</sup> quod ex-*  
*currevit ab inc annis, in lucem ausus*  
*fuerit edere librum quendam, cui*  
*titulum fecit: Cœlum in terra,*  
*constructum maxima sui parte, ex*  
*Iebica Iudei apostata E<sup>g</sup> famoso*  
*anno 1588 Oct<sup>o</sup>, Benedicti de Spi-*  
*noza, imo quoque speciatim ex de-*  
*testando bujus libro, Tractatus*  
*Theologico Politicus, multis du-*  
*dum*

dum retro abhinc annis per sum-  
mum Patriæ nostræ Magistratum  
condemnato. Quod cœlum in  
terra, cum annexis, omnia religionis  
fundamenta tollit. Et vincula ea o-  
mnia dissolvit, per quæ homo ad officia  
in Deum, seu Creatorem, Herum,  
Legislatorem et Judicem suum, tum  
etiam ad officia in legitimum magi-  
stratum et potestates a Deo sibi pre-  
positas, tum demum ad officia in  
proximum, sui similem, obligatur.

Notorium est insuper, quod fun-  
damenta, quibus cœlum in terra su-  
perstructum est, eque ac ipsum  
cœlum in terra, per publica scripta  
destructa fuerint; adeo ut non sine  
causa spes fuerit, fore ut Do. Fre-  
dericus van Leenhofius eo commo-  
veatur, ut prorumpentibus passim  
scandalis occurrat, in propriam sui  
conservationem et salutem; et Ec-  
clesiam Belgicam a probro ob pra-  
tensis approbationem ipsi ab iis, qui

N 3 foris

foris sunt, jam imputato liberet : in cuius vero locum ille ausus est in condicta ita Denubilatione cœli sui Spinozismum apertius docere & fortius propugnare ; pariter ac breve quoque responsum ejus non alium in finem est conscriptum.

Christianæ itaque Synodus Hollandie septentrionalis, non minus ac reliquæ Synodi Patriæ nostre, easq; inter in primis Hollandie australis tum Frisiae occidentalis Synodus primis statim sessionibus suis non intermisserunt, per Correspondentes suos ad Transyfutanos missos Christianam transyfulaniam Synodum quam bumanissime orare & obtemperari, ut Do. Fredericus van Leenhof scripta sua pernicioſissima publice revocare, & de futilatis per eas scandalis publicum suum dolorem & poenitentiam contestari teneatur, imo etenim censuretur, ut orbis universus videat Ecclesiam Bel-

Belgicam doctrinam in sapientis dicitis  
libris traditam, & prætensa appro-  
batione comprobatam, pro sua non  
agnoscere, sed gravissime detestari.

Tamen si proinde Christiana no-  
stra Synodus non dubitaverat, quin  
verum & legitimum hujus rei esse.  
Etum sit visura : nihilominus  
tamen placuit Rev. Consistorio &  
Classi S vollensi, ut ut antea de tol-  
lendo scandalo anxiis satis & sollici-  
tis : perinde ac ipsi etiam Christiana  
næ Transulaniæ Synodo, jam mo-  
menta quedam Do. van Leenhof  
subscribenda proponere & imponere;  
quibus ab eo assumptis & subscriptis  
causa illa pro semel ac semper decisa  
reputata est.

At quum Christiana Hollandiae  
Borealis Syndodus, pariter ac Synodi  
Correspondentes prætentam banc  
satisfactionem in timore Domini  
examinaffent, illam ad fuscitata  
scandalat tollenda & ad notam Ec-  
clesia

clesiae Belgicae, promulgatione & approbatione librorum illorum, ipsi iniustam, auferendam nullo modo sufficientem esse judicatum est; quod in illa Fredericus van Leenhof scripta sua nec publice revocare, nec etiam detestari, multo minus pro Spinozisticis declarare, aut propter data scandalavellevissimam censuram subire obstrin geretur. Quae causa est, cur Christiana Hollandie Borealis Synodus anno praterito sui omnino esse probe intelligeret, ut satisfactionem per Do. Fredericum van Leenhoef datam pro insufficiente declararet, & Correspondenti illuc mittendo serio id injungere necessum censeret, ut Christiana Transysulanus Synodus Do. Fredericum van Leenhoef ad ampliorem & sufficientem satisfactionem compellerebat; bujus vero defectu in Transysulanorum Synodo nomine Synodi Hollandie Borealis, conquereretur publice & protestatur

retur contranoxas & mala omnia,  
ex denegatione quasiti resultatura.

Quum proinde Classes respectu.  
de Hollandia Borealis, per relatio-  
nes quorundam certas & indubias  
intelligerent, id quod & postea ex  
praelectione Actorum Synodi Tran-  
sfuslanie nobis patuit plenissime,  
quod non solum plurimi Synod-  
istius Deputati adacti fuerint, Re-  
solutiones Synodorum Correspon-  
dentium ad interim & quoad es-  
sentialia saltem Actis Synodi  
Transfuslanie inserere, & præterea  
ipsi Synodo interdictum fuerit,  
in causam Leenboësi amplius in-  
quirere; quod causa illa in totum  
pro decisa haberetur: Respective  
capropcer Classes Hollandia Borea-  
lis non potuerunt non, quin Depu-  
tatis ad Synodum in mandatis da-  
rent ut Christianam Synodum coram  
Deo & universo mundo protestari  
& contestari publico scripto signi-  
ficarent,

ficarent, se ne ullam quidem vel in placitis Do. Friderici van Leenhof perditissimis, vel in libris ejus, cœlo in terra, bujusque denubilatione & brevi responso partem habere; multominus ream se esse velle even tuum malorum, qui Acta Trans Julianorum, in Ecclesia Dei, legitimi Magistratus & ipsius salutis civilis prejudicium, necessario essent in his provinciis subsecuturi. Eam inde esse Classum hujus Synodi voluntatem, ut Deputati Synodi scripto illo coram universo mundo publice declararent, se Do. Fred. van Leenhof, quamdiu quidem modo nominatos libros suos, in terminis ut jacent, non pro heterodoxis declararet & revocaret, & quamdiu ille pro delicti sui & scandalorum, quæ eo dederit, & qualitate non censuratur, nec posse nec velle pro orthodoxo ministro agnoscere, neque etiam

etiam in ulla functione Ecclesiastica intra vel extra has Provincias eum legitime admitti, aut Attestata ulla, manu ejus scripta & signata, recipi vel posse vel debere.

Igitur Christiana bac Synodus, consensu Classium Respectivarum perspecto, post multam deliberationem, in timore Domini Dei sanctissimi institutam, sc̄ eo compulsam sentit, ut coram Deo & universo mundo protestetur & contestetur, quemadmodum per bac ipso factoprotestatur & contestatur, quod nullam vel habebat vel sibi faciat partem in hypothesibus Do. Frederici van Leenhof perversis & perditissimis, cœlo in terra; denubilatione hujusdem & brevi responso complexis; utū sint, qui idem illud ob prætensam librorum Leenhofii approbationem mundo persuadere studuerint; quin potius eos pro spinosisticis & impis

impiis universa Synodus declarat, nihil aliud quidem effecturis, quam ut Dei abnegationem insinuent; religionem omnem & timorem Dei ex cordibus hominum evellant; omniae societatis vincula disrumpant; omne nefas, omnes fraudes, omnemque in justitiam pro licitiis actionibus declarent; & libertatem aliquam nimis laxam & effrenam, cupiditatibus suis peccaminosis indulgendi, perpetuoque sine anxietate ultra se illis delectandi, atque adeo seipsum sine metu ullo pascendi introducantes.

Porro protestatur & contestatur Synodus hac Christiana, quod nullam sibi partem adscribi velit in malis & consequentiis pericolosissimis, que in prejudicium ac probrum Ecclesie Belgicae, atque totius Reformationis in universum, tum innoxam & corruptionem animarum totius innocentissimarum, eaque ac in-

con-

concussionem potestatis legitima  
summo provinciarum Magistratus  
divinitus concessae, & in damnum  
universæ Republicæ, justo mitiorem  
& leniorem Rev. Synedrii ecclesi-  
astici & Classis S vollensis, nec non  
Synodi Transysulaniae, in causa  
Do. Frederici van Leenhof, trans-  
actionem inevitabiliter & necessa-  
rio sint insecurare.

Ulterius declarat Christiana hac  
Synodus coram Deo & universo  
mundo, quod Do. Fredericum van  
Leenhof pro orthodoxo ecclesia do-  
ctore habere & agnoscere nequent,  
quamdiu ipse quidem prefata  
scripta pro heterodoxis non de-  
clarat, eaque prout jacent in  
terminis non detestatur &  
revocat; & quamdiu ille pro-  
pter data scandala, prout fas est,  
non censurabitur, atque sufficien-  
tem Ecclesia Belgicae satisfactionem  
præstabit.

O

Un.

Unde etiam ipsum, per tempus  
isfund, nunquam sine in suis conven-  
tibus sine in Correspondente aliqua  
patria nostra Synodo agnoscet, vel  
ad functionem aliquam Ecclesiasti-  
cam admettet; prout etiam, ante-  
quam predictam ille censuram sub-  
sicerit, & satisfactionem exactam  
dederit, nulla attestata, manu ejus  
signata, est receptura.

Quod superest, sibi praecavere  
hortatur sedulo & serio Christiana  
Synodus omnes vere pios a lectione  
librorum perditissimorum sapientia  
minati Do. Frederici van Leenhof,  
& a consertio ac conversatione cum  
eodem, ne ea vel incantatores infici-  
antur, vel in animarum suarum im-  
mortalius & pretiosissimam exitium  
extremum corrumptantur. Ita fa-  
ctum atque decretum fuit in Sy-  
nodali nostro conventu Amste-  
lodami d. III. Aug. A. MDCCVI.

*Et nomine omnium subscriptiorum*  
*Tako Hajo van den Honert,*  
*Synodi Holl. Bor. b. t. Pres,*  
*Cornelius Ruyter, Assessor.*  
*Nicolaus Schuyring, Scriba.*

## S. XVIII.

Missa fuit hæc Synodis litore tre  
 Hollandiæ Borealis Prote-  
 statio publica, quam pri-  
 mum modo signata erat,  
 tum ad Synodum Transy-  
 fulanam, tum ad Consisto-  
 riū & Classem Sollensem;  
 una cum tribus Epistolis, ad  
 tenorem mediorum per  
 Classes Synodaliter (ceu  
 nostro XV. indicavimus)  
 præscriptorum commonito-  
 rijs, quarum prima ad  
 O a Sy.

Synodum Transtulam  
nam, altera ad Rev. Classem  
Svollensem & tertia ad Sy-  
nedrium ecclesiasticum  
Svollenie erat directa ; o-  
mnes a T. H. van den Ho-  
nert, Praeside Cornelio Rayter,  
Assesprie, & Nicolaao Schuy-  
ring, Scriba Synodi, ut supra  
in *Protestatione* subsci-  
ptæ.

§. XIX.

Synodi Hollandia  
australis  
protestatio  
contra Le-  
euhoium  
solennis M.  
Julio  
1706.

Atque his & reliquis per  
Classem suas electis & Syno-  
dalia auctoritate comprobatis  
mediis *Synodus Hollandia*  
*Borealis*, sc contra ca-  
ju-

Iumentiam & probrum peri-  
malevolos, ob Leenhoffii cau-  
fam motusque, sibi impu-  
tandum communire & scat-  
dalum datum, amovere  
hactenus allabotavit, &  
maxime quod quem ipsi,  
Fratres Hollandia Boicalis  
Réformati, in causa Leen-  
hoffiana zelum commo-  
straverant, eundem & Fra-  
tres Hollandia Australis Ré-  
formati publice jam fraterna  
veluti conspiratione fuerant  
testasi. Anteiverant hi de-  
creta Synodi Hollandia Bo-  
realis Protestatione itidem  
contra Leenhoftium solenni,  
in Synodo sua, Voerde, men-  
te Julio Anni elapsi  
O 3' MDCCVI.

MDCCVI. habita, publica,  
quæ ex lingua Belgica in la-  
tinam tralata, in terminis ita-  
se habet:

## PROTESTATIO

Synodi Hollandie Australis con-  
tra cœlum in terra cum an-

aexit, a Do.

FREDERICO van LEENHOF  
editum.

Satis superque notorium est,  
quod Do. Fredericu[m] van Leen-  
hof, Ecclesiasten Svolvensem, non pu-  
nauerit librum certum edere, Co-  
lum in terra &c. inscriptum, idque  
non ad stylum vel testimonium Ver-  
bi divini, prout titulus habet, &  
Ecclesiasten decebat; sed secundum  
principia & stylum non ignoti illius  
nigrae & & oœs, Spinoza, & maxi-  
mam partem verbis & argumentis  
scriptoris hujus perditissimi propri-  
tatis,

is, per que Deus tentatur, verbum  
eius contemnitur, omnis metus Dei  
aufertur, vera religio positis cumi-  
culis subvertitur, conversioni &  
sanctificationi vere obex ponitur,  
via ad omnem vanitatem & car-  
nalem cupiditatem amplior pandi-  
tur, terrestre coelum aperitur. &  
verum contra cælum occcluditur. Sa-  
de quoque, uno verbo, placita pernici-  
osissima in ecclesiastice Dei inferuntur,  
fundamenta animos hominum in  
totum depravantia ponuntur, & i-  
mo Spinozismus, in locum verbi divi-  
ni, publice iterumcepit in culcari.  
Et tametsi, quamprimum modo scri-  
pta hæc detestanda lucet aspexissent,  
non defuerint virtus pietatis & reli-  
giosissimi, qui scriptos publicis na-  
trocitatibus facinoris & Spinozis-  
mum omnibus numeris absolute  
in libris his ejus commonstrarunt;  
auctor tamen neque per scripta ipsa  
publica, neque per humanæ & fra-

ternas aliorum cōbortationes, neque etiam per alias quedam media in Synodo bac Christiana (que quod sui fuit officii nibil omisit) adhibita eō perducere potuit, ut sufficientem aliquam satisfactionem, propter scandalum in ecclesia Dei suscitata, hoc majora, quam magis notoria, prestaret; multo minus principia sua Spinoistica publica confessione revocaret.

Et postquam, his omnibus nihil obstantibus, Do. Fredericus van Leenhof hoc tenus in Ecclesia Reformata Spollense ut Ecclesiastes ēs toleratur, ēs inde metuendum, ne scandalum ēs probrumiſſud in reliquos etiam Reformata Ecclesie ministros, imo ipsam Ecclesiam Reformatam deridetur: quia propter Synodus bac Christiana, ex justo corruptionis animorum communis, ira de oriunde, metu, ēs quod placita illa inquinatissima abo-

meretur, ea se compulsa m sensit,  
ut ad probra intolerabilia, que per  
eos, qui foris sunt, Reformata Ec-  
clesie imputari possent, quando vide-  
sicut ejusmodi persona in ecclesia &  
sugestu toleratur, hoc magis aver-  
tenda, coram Deo & universo  
munda publice protestetur & con-  
cessetur, quemadmodum his ipsis  
protestatur & contestatur, se nec  
minimam partem habere vel suara  
facere in detestandis & impiis &  
perditiissimis placitis Dn. van Leen-  
hof, in scriptis bujus utet, cum pre-  
tensa Visitatorum approbatione &  
veluti juxta constitutions Ecclesiastici-  
cas essent edita, disseminatis; quem-  
admodum etiam contra tristes co-  
mmes & abominabiles eventus, per  
ea in Ecclesia Dei & Republica ena-  
scituros protestatur; ipso quod rea  
esse nullo modo velit seductionis &  
corruptionis tot animarum inno-  
centiarum & simplicium, inde

metuenda, sed libera semper perse-  
stere a crimine & probro omni,  
in Ecclesiam Dei Belgicam & Re-  
formationem universam redun-  
datur. Quapropter omnes pii &  
fideles Christiani commonentur bis  
ipis & exhortantur, ut sibi a placit-  
is istis, in gloriam Dei & propri-  
am animarum suarum salutem,  
praeaveant. Actum ita in Syno-  
dali nostra congregacione Voerde  
d. XVI. Jul. A. MDCCVI.

Nomine Christiane hujus Synodi  
subscriptum per nos Modera-  
tores

Johannes Doesburgh, Syn. Zuyd.  
Holl. p. t. Preses.

Petrus Texelius, Affectior.

Joh. van Zelft, Scriba.

§. XX.

Fratrum  
Reforma-  
torum  
in Frisia  
occi-  
denti-  
tali zelus,

Nec in Frisia occidentali  
Fratres Reformatos officio  
& zelo suo detuisse patet ex  
man-

mandato Ordinum Frisiae  
Prepotentium, ad instantiam  
Synodi & Fratrum Rev. in  
Frisia occidentali, *Leovardie*  
Ordinum.  
que huic  
provincie  
Prepoten-  
tium Edi-  
cium con-  
tra Leen-  
hofit scri-  
pta.

Anno itidem clapsi  
MDCCVI. publicato &  
valvis ubique publicis affi-  
xo, quod tum de *Ordinum*  
*Prepotentium*, tum de *Fra-*  
*trum Rev. in Frisia zclo Bel-*  
*gas* Fratres dubitare non  
permisit. Interdicta est in  
eo omnis librorum *Leenho-*  
*fi* tum impressio tum ven-  
ditio, ipsumque mandatum  
Latine verbum se in hunc  
modum habet;

**ORDINES FRISIAE DEPU-**  
**TATI:**

*Omnibus iis, ad quos hac spectant,*  
*vel*

vel qui bac legere audient, salutem:  
 Quum per relationem Dnn. nostro-  
 rum Commissariorum, Politicorum  
 in proxima Synodo, Bolsuvarde  
 habita, aequo ac per remonstran-  
 tiam Deputatorum istius Synodi in-  
 formati sumus de pernicioseis  
 perditis placitis in libris Frederici  
 van Leenthof, Ecclesiaste Suollensis,  
 & quidem cœlo ejus in terra, hujus  
 de nubilatione & brevi responso re-  
 pertis: IN DE E ST, quod visum no-  
 bis fuerit, predictos libros Interdi-  
 cessum quemadmodum & huiusdem in-  
 terdicuntur. Quare in eum manda-  
 mus typographis, bibliopolis & omni-  
 bus atque singulis, quicunque fuer-  
 ent, ne prefatos libros imprudencia  
 bac vel sibi ipsis imprimendos, vel  
 per alios edendos aut vendendos su-  
 mant, sub confisctione predicto-  
 rum librorum & sub pena quinqua-  
 ginta aureorum Fristorum, toties  
 quoties contra factum soldendorum;  
 quo-

quorum partes respective tertia  
pratoribus, pauperibus & delatori-  
bus erunt distribuenda. Et ne quis  
ignorantiam horum pretendere  
possit, volumus & mandamus ex  
officio omnibus Prefectis & Magis-  
tratis nostris, ut hoc nostrum  
mandatum per eos publicetur ubiqz,  
& affigatur tis in locis, quibus  
mandata & rescripta nostra ordi-  
narie publicari & affigi suetum est.  
Actum & Registratum in Collegio  
Leovardie d. XVI. Jul.

A. M D C C V I.

M. v. Idsinga, Vt.  
ad mandatum Ordinum Pra-  
potentium  
H. van Wijckel.

§. XXI.

Atque dum hæc sub pre-  
lo sudant, novum in causa  
Leenhofii decretum, a Sta-

Statuum  
Transys-  
tanæ in  
causa Le-  
enhofide-  
cretum no-  
vissimum  
de 8. Jan.  
1707.

ribus Transysulania Prepotentibus Campiæ die VIII.  
Jan. Anni hujus MDCCVII. factum, ad manus nostras ex  
Belgio pervenit. Protestantur in eo Status Transysula-  
nie & commonent, qvod  
*censura omnino Ecclesiastica* in Leenhofium ejusque  
scripta in Provincia sua animadversum, & causa illa  
formaliter atque Ecclesiastice etatum in Consistorio & Clas-  
se Rev. S. Vollensti, tum maxime in Synodo sua Provincia-  
li Deventriae deum fuit perorata. Deinde com-  
monent & protestantur gravissime, qvod causa haec,

M.

Ministrum Ecclesiae Swollen-  
sempectans, ad Synodum  
unice Provinciae Transysula-  
ne, non autem ad ceterarum  
Provinciarum Synodos legi-  
tima competentia pertineat;  
hincqve Edictum nuperum.  
Statum Hollandie West-  
Frisiaeque, mense Decembri  
A. MDCCVI. in eadem cau-  
fa publicatum, illegitimum  
sibi admodum videatur &  
incompetens. Tandem com-  
monent, qvod prohibitio li-  
brorum Leenhofii in sua pro-  
vincia sibi nondum idcirco  
consultas visa fuerit, ut ne ea  
majorem scripta illa legendi  
& perscrutandi, vel motus  
jam

jam sensim evanelcentes re-  
fusitandi aniam daret.  
Exhibemus decretum vel  
edictum hoc novissimum-  
eomodo, quo in Senatu Sta-  
tuum Belgii Confœderati  
*Prapotentium* die XI. Jan.  
Anni hujus MDCCVII, Ha-  
ge Comitum fuit exhibitum:

Extract uyt het Register der Re-  
solutien van de Gedeputeer-  
den van de Staten van  
Overyssel.

Kampen den 8. Jan. 1707.

Gesien uyt de ingekomene Reso-  
lutien van haer Hoogh Mdg. van  
den negentwintigsten Decem-  
ber laestleden, dat de Heeren Ge-  
deputeerdens vregens de Provin-  
cie van Hollandt ter Vergaderinge  
van

vanbaer Hoog Mog. bebben voorge-  
dragen, niet alleen dat de Heeren  
Staten bare Principalen badden  
goed gevonden by Plaact de verbie-  
den sekere drie Boekjens, geinti-  
euere het eene den Hemel op Aer-  
de, het andere de Opbelderinge van  
dien, ende het derde korte Antwoord,  
alle beschreven door Fredericus van  
Leenbōf, Predikant tot Zwolle, als  
inboudende verscheide lasterlyke o-  
pinien, ende dat de voorschreve Hee-  
ren Gedeputeerden wyders badden  
goedt gevonden te versoeken, dat  
baer Hoog Mog. insgelyks de voorsz.  
Boekjens geliefden te verbieden.  
Maar dat ook de Heeren Staten de-  
ser Provincie geliefden te versoeken,  
om Kerkelyk tegens gemelden Predi-  
kant Leenbōf daer over te laten pro-  
cedeeren, presupponeerende alsoo,  
dat geene Kerkelyke proceduren o-  
ver de voorschreve uytgegevene  
Boekjens tegens den gemelden Pre-  
di.

dikant indeſe Provincie gebouden waren.

Is goedgedonden, de Heeren Gecommitteerden deser Provincie ter Generaliteyt aen te schryven ende te verſoeken, om baar Hoog Mog. ende uwel specialyk de voorſchreue Heere Gedeputeerdens vvegens de Provincie van Hollandt daer van te diſabuseren, ende vwyders te informoeren van het geene diesvvegens in deſe Provincie is gepaſſeert, ende namentlyk, dat niet alleen eerſt by de Kerkenraedt der Stadt Zuvolle deſe ſake op een heel Kerkelyke vwyſe is behandelt, ende aldaer afgedaen geworden mit den doortſc. Predikant Leenbof op te leggen verſcheide pointen van ſatisfactie, die by ook alle aengenomen ende geprafeert heeft, ende vwyders tegens deſelue te oeffenen een Kerkelyke censure, maer verboegens ook van daer in het Claffis van Zuvolle

Zyvolle gebrachte zynde, by het selue  
Classis dese lage mede volkomen  
afgedaen ende insgelyks Kerkelyk is  
getermineert worden.

Ende eindelyk, dat deselve in het  
opgenolgde Synode van dese Pro-  
vincie, den sextienden Junii en ver-  
volgens des Jaers 1705. binnen De-  
venter gebouden, vorders behandelt  
zynde geworden, aldaer met com-  
municatie self van eenige Correspon-  
dентen wyt Synoden van andere Pro-  
vincien, vwyders mede afgedaen en  
de ter conclusie gebracht is gevvor-  
den, bebbende D. Leenbof het geene  
bem verders van gemelde Synode  
was opgelegt, al mede volkomen-  
lyk gepreftert.

Invoegen dat over de voorschre-  
ve uytgegewen Boekjens tegens det  
gemelden D. Leenbof in alle manie-  
ren Kerkelyk is ge procedeert gevvor-  
den.

P 2 Waa2

Waeromme als bier van door de Deputatiën van het voorschreve Synode aan Ridderſchap en Steden ook kenniffe is worden gegeven, baer Edele Mog. hebbēn verlaert daer in contentement te nemen, ende dat tot wreeringe van alle verdere opschuddinge in de Kerken van dese Provincie voortgaen bier van ingeene Claffen of Synoden deser Provincie meerder gehandelt soude mogen warden.

Ende alsoo het voorschreve Synode heeft goedt gevonden, de voorschreve bare Kerkertyke bebandelingen te laten drukken; dat daer van eenige exemplaren aan vaelgemelde Heeren Gecommitteerden ter Generaliteyt sullen warden overgesonden, om die te communiceeren aan de Leden van baer Hoogb. Mog. Vergaderinge tot der selver meerder informatie.

Dat men vertrouwt, dat baer Hoogb

Hoogb Mog., hier van soodenigb  
geinformeert zynde, met ons sulien  
oordeeten, dat omtrent dese saake  
niet alleen Kerkelyk, maar ook for-  
melyk is ge procedeerae geworden,  
ende dat geene andore, als de Sy-  
node desex Provincie, over dese sa-  
ake compesent kan zyn, ende by gevol-  
pe van het voorstbreve verfoek, om  
verders tegens den Predikant Leen-  
hof te doen procederen, sulien affien.

Dat wel op de gedane instantien  
van de Gedeputeerden van het voor-  
gemelde Synode, Ridderschap, en  
Steden in deliberasie gelege hebben,  
om de voorstbreve Boekjens in dese  
Provincie by Placaet mede te ver-  
bieden, maar het selve tot noch toe  
hebben nagelaeten, uyt vrees dat  
Julks maer meerdere aenleidinge tot  
het lesen der selve soude geven, en-  
de de opschuddinge die daer van  
geweest, ende bereits aen het cesse-

ren was, maer meerder soude behé-  
ben doen sangroeten,

Dat echter men gaerne overlaet  
aan de voorzichtigeit van de Hee-  
ren Staten van yeder Provincie, om  
daer in te handelen waer moeste  
conuenientje, maar niet en weet  
gebruikelyk te zyn, dat in gelyke  
cas by Plaetse van haer Hoog Mog.  
soude vvesen voorsien. Ende dat  
voorschrewe Heeren Gecommittoer-  
den soo lange ons daer van niet na-  
ders gebleken sal zyn, sulks sullen  
vullen teger spreken, ende voor al  
sullen vullen besorgen, dat dese  
Provincie in hare autoriteit om-  
trent het Kerkelyke geen indracht  
magh komen te lyden,

H. W. v. Rechteren.

Accordeert met het voor-  
schrewe Register.

Henr. Queisen,

28 (69) B.  
CONSPECTUS  
ORDINIS ET MATERIAE  
C A P. I.

de SPINOZISMO quædam  
generatim.

Multitudo religionum & opiniorum etate nostra ab unoquoque pro ingenio & libidine confictarum.

§. I. Benedictus de Spinoza famosus religionis nova seculo elapsa confector

§. II. Religionis Spinozæ erroneæ capita precipua & quidem 1.) de DEO

§. III. Que vero ejus supposita in Dei veri naturam, decreta & providentiam debacchari censentur §. IV ubi additur de Deo & Magistris Spinozæ Scholium. 2.) de SCRIPTURA S. in universum ejusque veteris & novo fœdere, ut & Prophetarum ac Apostolorum auctoritate §. V. 3.) de CHRISTO ejusque speciatim tum incarnatione §. VI. tum resurrectione.

§. VII. 4.) de JURE NATURÆ, aliis usque

isque doctrina capitibus §. VIII. una  
cum scholio de scriptis Spinoza tra-  
statui & doctrina oppositis.

## C A P. II.

DE

SPINOZISMO LEENHOEII  
in specie.

*Spinozismus nostra etate a FREDERICO van LEENHOF tri-  
bus scriptis Belgicis publice recocitus ;  
una cum recensu scriptorum Leenhoefio  
gregatim in Belgio oppositorum  
§ I. Περὶ τοῦ φύου & capita doctri-  
na Leenbosiana Spinozistica precipua  
§ II Causa Leenhoefi ad Classium exa-  
men & Synodorum in Belgio judicium  
delata § III. Synodi Alcmariensis de  
A. 1704. declarationes § IV. Synodi  
Hollandie septentrionalis & meridio-  
nalis litera due commoniterie ad  
Transsylvania unacum Synodorum de-  
clarationibus missa § V. Requisitio  
prima Deputatorum Synodi Holl. Sept.  
ad*

ad Ordines Holl. Frisiaque occid. Prepp.  
 borumque apostolium §. VI. Articuli  
 Leenbosii satisfactorii ad requisicio-  
 nem Consistorii Svolensis ab ipso sub-  
 scriptis §. VII. Articuli Classis Svolen-  
 sis inquisitorii §. VIII. Quaritur pri-  
 us Classis Amstelodamensis §. IX. Re-  
 sponse Classium ceterarum ad queri-  
 tur §. X. Ordinum Hollandie West-  
 Frisiaque ad requisitionem Deputato-  
 rum Ecclesiasticorum Responsum de M.  
 Sept. A. 1704. §. XI. Altera requisitio  
 Deputatorum Synodi de A. 1705. Sept.  
 una cum apostolio §. XII. Synodus  
 Transysulanorum Campie M. Mayo  
 1706. babil. §. XIII. Posterior Classis  
 Amstelodamensis Quaritur §. XIV.  
 Synodus Hollandie A. 1706. M. Aug.  
 Amstelodamum convocata §. XV. Re-  
 solutiones Classium ad posterius Qua-  
 ritur, Synodi auctoritate comprobata  
 §. XVI. Protestatio Synodi Hollandie  
 Bor. contra Leenbosum publica §.  
 XVII. Literatres commonioriae ejus-  
 dem

dem Synodis; cum ad Synodum Tran-  
sylvanicam & Rev. Claffem Sodensem,  
cum ad Consistorium Sudetense  
missa §. XVIII. Synodi Hollandie au-  
stralis Protestatio solennis contra Le-  
enboſi scripta de M. Jul. A. 1706. §.  
XIX. Fratrum Reformatorum in Fri-  
gia occidentali zelus, Ordinunque hu-  
jus Provincie Præpotentium Edictum  
contra Leenboſi scripta de A. 1706.  
§. XX. Statuum Transylvanie in cau-  
sa Leenboſi decretum novissimum de  
8. Jan. A. 1707. §. XXI. Conclusio  
§. XXII.



HI.

## S. XXII.

Hæc itaqve est brevis illa  
Spinozismi Leenhoftiani in  
Belgio nuperimē damnati  
*historia*, qvam ex avthenti-  
cis qvibusdam documentis,  
& iis maxime, qvæ *Jacobus*  
*Geelkerke*, Ecclesiastes Har-  
lemensis, & *Tako Hajo van*  
*den Honert*, Ecclesiastes  
Amstelodamensis, ad jussum  
*Synodi Hollandia Borealis*,  
vulgarunt, ac aliunde hucus-  
que colligere, non abs re no-  
stra alienum fore putavimus.  
*Causæ*, cur Synodus prædicta  
*Acta sua contra Leenhoftium*

*conclusio.*

pu-

publice per Deputatos suos Ecclesiasticos *edi voluerit*, fu-  
erunt, *partim* ut publico testimonio contestaretur, se acta Transylvulanorum in causa Leenhofii, utpote tot suspicionum & scandalorum plenissima, non adpro-  
bare, *partim* ut commonistra-  
ret publice, juxta quos mode-  
stiae, charitatis & humanitatis gradus, absque ullo partium aut odii studio, fuscitatum in Ecclesia sua universa scandalum circumspectius paulo & juste amovere fuerit solli-  
cita. Sunt, qui si ex eorum voto res agendae essent, lites hujusmodi Ecclesiasticas o-  
mnes

mnes non per scripta privata, quæ plerumque sale insulso, ut dies diem docet, consperla sunt; sed per Synodos Ecclesiasticas, in quibus vero charitas & veritas primum sibi & praesidis locum vindicaret, ad formam, ut volunt, primorum seculorum componi dirimive malleant: ut ut Gregorius olim non imprudenter ad Procopium scripsit: ἔχω μὲν ὅτις, ἵνα δεῖ ταληθέσθαι Φων, ὁπός πάντα σύλλογον Φέυγειν ἐπισκύπων, ὅτι μηδεμιᾶς συνόδῳ τέλος εἶδον χρειόν, μηδὲ λύσιν κακῶν μᾶλλον ἀχρησίας ή τρασθόντων, αἱ γὰρ Φιλοτελεῖαι καὶ φιλαρεχίαι λόγια μετέπλουεν.

*Si quidem dicendum quod res est, vere hoc scribere possum,*

*omnes Episcoporum Synodos*

fit

fugiendas esse, quin nullus  
 Synodi exitum vidi astilem  
 aut magis finem malis affe-  
 rentem, quam incrementum:  
 contentiones enim  $\mathfrak{E}$  ambiti-  
 ones ineffabiles sunt. Nos  
 eum Geelkerkio & Honerto o-  
 ptamus atque precamur: A-  
 verruncet  $\mathfrak{E}$  assertat D E.  
 U S scandala omnia; in no-  
 stractiam Ecclesia Evangelí-  
 ca, per tot contentiones  $\mathfrak{E}$  di-  
 scordia, in vere piorum cordi-  
 bus suscitata; atque litibus o-  
 nnibus fraterie compositis;  
 $\mathfrak{E}$  in perpetuam valere jussis-  
 sum Ecclesia turn Reipublica;  
 halcyonia proxime indu-  
 geat quam bea-  
 tissima!

